



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XXXII. De Accusationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

tio, quae dicitur, vt notat Macrobius, lib. 7. Saturnal. ca. 3. contra amicos autem non fungentes officio, dicunt *actus*, seu reprehensionem, at Demosthenes *actus* dicitur, *actus* inquit est, cum nudis verbis accumulamus: *actus* vero, cum demonstramus verum esse quod dicimus Et *actus* *actus*, omnium malefactorum nomina, *actus* esse ante indicationem ait: cōdemnato vero reo fieri *actus*. Sic Cic. ora. pro M. Caelio. *Actus*, inquit, est maledicere, al'nd accusare. *Actus* crimen desiderat, *actus* vt desinat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet. *Actus* delictio autem nihil habet pro: *actus* prater contumaciam, quae si peccantissim' dicitur, conuictum: si facinus, *actus* nominatur. Accedit his verbis Plato, in Georgia, vel de Rhetorica. *Actus* eadem ferme, de Eni'phrone, vel de sanctitate *actus* sanctos esse primum nos ipsos, deinde domesticos, & f. miliares & filios, si qui eorum, qui cari sunt, iniurias perpetraverint, ne lateant eorum crimina, sed producantur: vnde poenas ipsi persoluant sanique euadant. Sic Aristoteles in Rhet. ad Alex. *Actus*, inquit, vt breuiter *actus*, est iniuria: *actus* d. l. l. *actus* expositio. Sine qua vix ad puniendum iudex animum intendit. leg. rescripto, §. si quis accusatorem, de muner. in P. c. accedens, de accusatio. D. Ioan. Euaug. c. 8. ibi, ubi sunt qui te accusant. C. c. si quis potestatem, 23. q. 4. §. Meminit finitio delictorum & iniuriarum, vt ostendamus, quod institutus ad vltionem consequendam delictorum, & ad iniurias illatas persequendas permitti, l. non ignorat, qui accusa. poss. C. l. cum rationibus. eod. §. Ceterum hanc accusatio, vel secreta vel publica est secreta alia interior alia exterior: interior conscientia cuiusque est. Externa reprehensio priuata, ad correctionem delatio. Publica fit per exceptionem, per que elam ob quam inquitio: per solemnem accusationem. Hanc solemnis ordinatum remedium est: alia vt exceptio, inquisitio generalis, extrao: diuina, vt tradunt Cynus, & alii interpretes, in leg. ea quidem, C. de accusat. & Bartho. in l. 3. §. si autem, ad leg. Iul. de adul. in P. & Caposla Barr. in consi. crimin. 65.

7. §. Conscientia h' ipsa nos accusat apud Deum, c. sentis, de Augustino ca. in cunctis, cap. non sunt audiendi, 11. q. 3. quando quis recordatur se commississe scelus & seipsum arguit, & male gestum apud se iudicat, quae & interdum poenitentia habet: vt in sacris prouerbiis 18. seipsum est, iustum esse prius sui accusatorum. Dicitur autem accusatio hanc interior, quia quod per tinet ad forum contentiosum, nō tenetur ibi seipsum accusate publice, vel crimini occultum, non interrogatus fateri inuitus, c. inquisitionis, §. 1. de accusatio. Imo h' notant nec testem de suo crimine interrogandum & interrogatum non teneri respondere, interp. in d. ca. inquisitionis, §. 1. & Barr. in l. 3. nu. 3. de testi. in P. in l. si duo, §. idem

9. *actus*, de iure iur. idem in l. decem, col. 2. de verb. obl. §. In foro tamen conscientiae seu poenitentiali tenetur ei qui potestatem absoluendi habet per exomologesim vere exprimere & fateri, seque ipsum accusate, tota fere dist. 1. de poeniten. nec quare exculatio h' in peccatis, vt Plalmographus, Psalm. 31. D. xi. confitebor aduersum me in iustitiis meis domino, & tu remisisti impietatem peccatis mei. Imo & mortis necessitate urgente, etiam absente presbytero seu sacerdote, illa exomologesim alteri facta prodest, & salutaris est can. si presbyter, c. ca. agnouimus 26. q. 6. Verum de hac q' tribunalia iudicum non tractant. Cogunt tamen interdum occulta crimina reos fateri per tormenta, seu quaestione in tormentis habita, in tit. de quaestio, in P. & C. Sed tunc tantum, cum aliis probationibus, vel iudiciis vrgentissimis crimen prope detectum est, sine quibus torqueri nemo potest. l. 1. C. de qu. Ita nec semper, nec pro omnibus, sed pro capitalibus & grauionibus flagitiis, quaestio hac habetur ad veritatem euendam, leg. ad Clum. eo. P. l. quoniam, C. eod. Alioquin nemo in foro iudiciali tenetur se prodere, neque arma contra se seu probationes adferre in medium, ca. 1. de probatio. l. nimis graue 6. de testi. lib. 4. C. tit. 20. nec auditur turpitudinem suam allepans, l. transactioe finita, C. transact. l. si cred. tor. de ser. pig. dato man. l. 1. C. de li. cau.

De Monitione. Cap. 3.

1. Monitio accusationis est species, & praecedat excommunicationem & accusationem.
 2. Monitio in ciuilibus negotiis praecedere, quomodo debeat vocationem in ius.
 3. Monitoria accusatio in quibus differt a publica.
 4. Monitio in denunciandis criminibus regularium non exigitur.
- D Enuntiatio criminum duplex est, vna quae fit ex lege Evangelica delinquenti, vt emendet crimen: alia, quae fit iudici-

bis, vt emendet auctoritate publica, quae reus monitus contemnit corrigere. Proinde hanc monitio iure Christiano praecedere debet, nec delatio aliter recipitur, c. 2. & c. cum dilectus 20. de accusat. apud Gregor. c. indigne, 12. q. 2. ca. quidam, 16. q. 1. can. sacro. de senten. excommunicat. Est monitio itaque, quaedam accusationis species lecte facta ad correctionem & emendationem, quae praecedere debet excommunicationem, accusationem, & denuntiationem, quae fit iudici, iuxta illa verba Dei, Si peccauerit in te frater tuus, co.ripe eum inter te & ipsum solum. Quod si non auaserit: adbe duos vel tres testes recum. Quod si nec iunc corrigat, dic ecclesiam: si neque ecclesiam auaserit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. D. Marbaei, c. 18. ca. si peccauerit, 2. qua. 1. c. nouis. de iud. c. 2. de accusat. can. sed illud 45. distin. ca. i. p. no. 11. q. 3. c. licet Heli, de simo. c. qualiter & quando, in 2. §. pen. de accusat. §. Sic uti h' & in ciuilibus negotiis, priusquam ad iudicem aduersarius vocet reum, consulitus facit si eum moneat, vt si e litre damnum resarciat, vel secum conueniat, secundum consilium Proculi Iurisconsulti. l. quidam Hyberus, de seru. urb. praedio, in P. Et ea ratione quoque placuit actorem in eo vocato ante litis contestationem libellum edere, vt is videat an malit satisfacere, quam litigat, e. l. de eden. in P. §. Et prouide h' hanc denuntiatione monitione in hoc, & quibusdam alia publicae & solemne quae monitione non eget, differt: quia denuntiatio ad correctionem, accusatio ad poenam postulat reus: hanc sine subscriptione illa nequam sine ea solemini admittitur, ca. i. p. no. 11. q. 3. c. licet Heli, de simo. c. 2. in fin. eod. Iure tamen pontificio in denunciandis criminibus regularium non exigitur monitio, d. c. qualiter & quando, in 2. §. fin. de accus. §. Sunt h' & conuenientes interpretes, monitionem denuntiationem criminum praecedere debere, quando de illis agitur ciuilitur, glo. in ca. licet Heli, ad verb. in scriptio, de simo, Pano. in c. 2. num. 4. de accus. Et de vrbianitate seu honestate praecedere debere monitionem, in ciuilibus quoque negotiis, non autem de necessitate: si tamen reus cōuentus in ciuili causis vocatus monitus antea fuerit, & in iudicio fateatur debitum ratione monitionis veluti morosus in sumtus litis condemnabitur. Diuersum autem si monitus non fit antea, vel si in iudicio debitum differtur, vide de his l. an. in d. c. 2. nu. 5. & Felin. ibi, alius que inter. de accusat. Ang. in l. si man. nisi fori, de obseq. a liber. p. ren. & c.

De Delatione & Delatoribus. Cap. 4.

1. Delatio quid.
2. Curiosi delatores dicti.
3. Stationarii delatores.
4. Officium quid.
5. Delatores quare curiosi dicti, & eorum officium.
6. Secretorum exporatoris tempore Galis Caesaris.
7. Tyranno: nm expedit omnia nescit.
8. Delatoribus a quibus principibus premisa, & qua constituta.
9. Delatoribus grauisima poena qua, & quando, & a quibus inposita.
10. Deferre ne liceat sine aduocato regio.
11. Delator exstimatus, qui alieno nomine accusat, eod.
12. Accusator non audebatur lege Bulgaro: nisi vniu. & totius.
13. Aduocatus regius hodie solus legitimus accusator.
14. Et de calumnia non tenetur.
15. Aduocato regio non datur premisa, quod debebatur delatoribus.
16. Accusationes raro in Repub. admittenda, quare eod.
17. Accusationi faciende a procuratore regio accedit priuatum testis eodem.
18. Delatio seu denuntiatio ob quas causas fiebat sisco.
19. Delationibus bonorum factis sisco quale praemium constitutum.

Delatio h' accusatio est, l. eum 10. §. qui nomen detulit de iure parr. lib. 37. P. tit. 14. secreto de aliquo crimine per eum, cuius non interest, apud aliquem facta. Et delator est dicebantur, qui crimina commissa clam Imperatori, vel iudicibus denuntiabant, etsi sua priuatum non interesset, colligitur ex c. inquisitionis, §. 1. de accusat. Atque denuntiatio & delatio eius quod latebat est, l. delicto ver. id ante deferri debet, de iur. sic. in P. Fuerunt h' & delatores curiosi dicti, quibus indagandi crimina officium in e. to loco singula iure demandabatur. §. Uidemq; h' sunt stationarii, qui denuntiatione facta tenebantur iudicibus probationes praebere criminis detecti, l. 1. de curios. & station. lib. 12. C. Dicebantur & stationarii milites, qui curam habebant quietis publicae & refererebant iudicibus quid vbiq; ageretur, l. 1. §. si de off. presbyter. lib. 1. P. tit. 12. Martia, vocat eiq; d. 2. l. D. Adria. de cust. & excohibere. P. quasi

in P. §. 1. eo tit. ap. Insti. ca. 2. §. nos autem, & seq. de ord. cognit. Reiciantur autem ut plerumque testes contra aliquem in medium producti hac criminum ab illis commissorum nota, c. testimonium de testi. ca. 1. de excep. ¶ Et hęc exceptio ante publicationem seu propagationem testimoniorum, non postea, admittitur: nisi protestetur ante publicationem se velle exceptiones proponere, quas nec malitia, nec dolo differat, c. presentium, de testi. vel nisi post publicationem crimina excipienti innotescant, c. si de cogn. spirit. ¶ Arma t̄ reorum sunt defensiones exceptionum, d. l. 2. de excep. P. & cum vim vi liceat iure nature defendere, l. e. va vim, de in. & iure. l. itaque, ad l. Agul. in P. le. 2. ad leg. Cor. de fca. in P. leg. 1. quan. lice. sine iudi. se vind. l. 3. C. tit. 27. se que tutari aduersus periculum impune: ideo reus qui obicit excipiendo crimina testibus, suas videtur repellere iniurias: neque calumniatoris pœna, vel delatoris falsi punitur, si plene non probet: quia licet sanguinem suum quomodocunq; redimere, l. de bon. eor. qui mori. sibi cons. in P. Neque in alterius iniuriam fecisse dicitur, qui sui iuris tuendi causa nocuit, l. 3. §. quod ait prator, de incen. rum. & nanq; P. l. si donaturus, §. 1. de condi. cau. da. l. e. in re man. C. mand. leg. si quis, §. sicut, de petit. hered. in P. c. cum in ecclesia, de elect. aut qui iure publico vitur, l. iniuria rum, §. 1. de iniur. P. Quinimo & reus via exceptionis accusanti potest obicere crimina, ex quibus alias etiam absolutus fuit, quod iusto metus dolore suas videtur repellere & vindicare iniurias, leg. si cui crimen, §. 1. de accusat. in P. Hocque iisdem rationibus singulare, vt quamuis reus accusantem reaccusare non possit, quia innocentia, non relatione criminum se debeat purgare, Vlpian in l. is qui reus, §. de pub. iud. in P. lib. 48. P. tit. 1. & ita via accusationis crimina non possit obicere: potest tamen via exceptionis, quia tunc suas vel suorum profequitur iniurias, l. neganda, qui accusa. non poss. C. potissimum si in recriminatione delicti causa reicitur in accusatorem. Nam tunc sepe id prodest ei proposuisse, si non ad pœnam euitandam, saltem ad minuendam, l. vno & exore, sol. matr. in P. l. 2. §. si publico, ad leg. Jul. de adulter. lib. 48. P. tit. 5. interdum ad submouendum accusatorem, quo non existente legitimo non est reus diuexandus, sed absolueendus, ca. 1. de accusat. lib. 5. Decreta. tit. 1. c. fin. §. actor, c. 6. q. vlt. ¶ Forsan t̄ & ob crimen ab accusatione repellitur, quia & is in reatu est, c. qui sine, 3. q. 7. c. postulat. eo. Et qui trabem gestat in oculo, temere præsument eicere festucam de oculo fratris, D. Matih. ca. 7. can. multib. 1. q. 1. ca. qui crimen. 6. q. 1. Sicque dominus ad eos, qui detulerant adulteram, dixit, Qui vestrum sine peccato est, sicut primus in eam lapidem, D. Ioan. Euang. c. 8. Neque viles personæ admitti debent, c. cum in tua, de sponsal. neque alia quæ postea Deo fauente in accusatione explicabuntur. Quærendumque in iudicio, cuius sit conuersationis & fidei, qui accusat, & is qui accusatur, c. quærendum, 2. q. 7. can. in primis, 2. q. 1. Cellius, lib. 14. ca. 2. Sicuti in testamentis illa præcedit quæstio, num qui testatus est, haberet testamenti factionem, l. si quæramus, de test. in P. ¶ Proinde t̄ obseruare oportet reos, vt si quas huiusmodi contra accusantes habeant exceptiones, proponant, antequam inter reos recipiantur: nam postea parum aut nihil prodessent, l. si maritus, §. prescriptiones, ad leg. Jul. de adulter. in P. l. hos accusare, §. hoc beneficio, de accusat. in P. ca. exceptionem, de excep. ca. cum exhibita, de iud. nisi postquam inter reos recepti fuerint, cognitum tantum accusatoris sit illis crimen, vt tradit Panor. in ca. 1. de accusat. nu. 2. & 3. Porro inter reos nomen recipitur accusati, post libelli accusationis oblationem, & hris contentationem, vt refert communior interpretum sententia, quam probat & Baldus de Perusio, in pract. iudici. tract. de quæst. crimina lib. facit & authen. l. iugiosa, circ. med. de iugio. C.

De Querela seu quærimonia, & Inquisitione criminum. Cap. 6.

- 1 Inquirere quid, & inquisitio non fit, nisi aliqua præcedat denuntiatio: & qualis illa denuntiatio.
 - 2 Querela & quærimonia quid.
 - 3 Index vindicare monitus crimen contemnens: pœna criminis dissimulati incurr.
 - 4 Inquisitio de quo facienda, & quomodo.
 - 5 Decretum inquisitionum quid, & quando statuat, eodem.
 - 6 Conprehendi qui delinquentes possunt, non expectatio iudicis mordato.
 - 7 Inquisitio criminum a iudice quando fieri debet.
- Archiepiscopus visitando provinciam debet inquirere de criminibus clerici, eod.

¶ Testis denuntians crimen potest a iudice examinari.

7 Rumor, accusatoris instar est.

8 Manifesta que dicantur.

9 Notorium crimen quomodo dicatur.

¶ Ciunt t̄ omnes, etiam leuiter eruditi, inquirere esse idem quod diligentius abdita indagare: quasi intus quærere, & secreta detegere, & in iudicium deducere, vt ait Bartolus in l. transigere, nu. 13. de trans. C. Explicat quæst. inquisitio, idem Bar. potissimum, in l. 2. §. si publico, a num. 3. vsque ad 18. Inquisitio nulla fit, nisi præcedat aliqua denuntiatio seu monitione, vel hominis, vel rumoris, vel legis. ¶ Denuntiatio t̄ hominis fit, vel per eos, quorum particulari causa interest, & dicitur querela: vel per delatores, qui denuntiant, cum sua particulariter non interfert, c. inquisitionis, §. 1. de accusat. l. delator, de iure sif. vel per aduocatos fisci, vel alios officiales, vt dicunt. Denuntiatio per rumorem, est diffamatio alicuius personæ, vel patratu delicti legalis denuntiatio, quando officium iudicis lex monet delinquentes inquirere, & punire. Querela est, quam vocant pragmatici, la plainte, dum quis conuenit apud acta, vel per libellum, de iniuria sibi illata, vt iudex secundum eam denuntiationem inquirat, & vindicet, l. si quis iniuriam, §. de accusat. C. Vocant iuris Pontifici auctores quærimoniam, quam inquisitio sequatur, c. si quis presbyter, 11. q. 3. ¶ Nam t̄ iudices interpellati voce illa viduæ Euan. gelicæ, Vindica me de aduersario, D. Luc. c. 18. tenentur officium exhibere implorantibus: alias enim in secretis, nisi moniti de negligentia, non tenentur, l. 1. §. magistratibus, de mag. conueni. P. l. 4. §. hoc autem, de dam. inf. P. quia plura possunt alius esse cognita, quæ iudicem latere possunt, c. de manifesta, 2. q. 1. Et quamuis conquirere debeat ex officio delinquentes, tamen id perpetuo necessitatis non est, vt cum accuset, le non quicquid, de iudic. in P. si dissimulet tamen vindictam monitis, supplicium illi imminet, quod inferre contemnit, l. si C. ne sanctum baptis. reuer.

¶ Porro t̄ inquisitio specialis post denuntiata crimina, vel a delatoribus, vel ab accusatoribus ipsi. Quod decretum denuntiationis vel accusationis fit: quia qui denuntiant vel accusant, tenentur nuntiata probare, de accusat. l. si crimen, de accusat. P. cum similib. sibi no. de denuntiatione, l. ea quidem, C. de accusat. l. ab accusatione, §. nuntiatores, ad S. Turpil. l. Diuus Adrianus, de custod. reor. in P. quod fit per inquisitionem, & debent fisci testes iudici, vt doceant de crimine, §. Quoniam sancimus, de testi. in Auth. l. de iudic. Quod si magnum sit, is iubebit accusatum vel vinculis tradi, vel capi, leg. Diuus Pius, de custod. reor. P. Vocant nostri pragmatici, decretum de primis de corp. Quod decretum decernitur vis testationibus testium. Interdum etiam lenior accusatio, iubebit fisci iudicio stata die accusatum: vocant decretum a adiournement personel. Decretum vis probationibus inquisitionis eam obrem exigi constat: quod nemo in carcerem duci, prehendi, iudiciove fisci debet, quin prius mandata ea de re iudicis præcedant, l. si. C. de exhib. res. ¶ Paucis t̄ exceptis, in quibus ex legis auctoritate, & prehendere fugientes fures cum re, l. interdum, §. 8. §. qui finem de furt. & testandi criminis causa, l. capite quinto, ad leg. Jul. de adult. in P. licet, vt & in grauioribus inquirere eos quilibet potest, vt eos exhibeat iudicio, veluti adulterantes monetam, leg. 1. de fals. mon. C. raptores, l. 1. de raptis virg. C. & similes. Postea enim prehensione facta auditur prehensus, & suo Marte criminis quæstio terminatur. ¶ Ex t̄ officio iudex inquit, vel proprio motu, vel monitus a fama & rumore. Proprio motu, quia vt in precedentibus dictum est, ad officium eius pertinet prouinciam maleficis hominibus purgari, l. congruit, de offi. præs. in P. cum similib. sup. in princ. de criminum disquisitione dictis. Sic Innoc. 4. summus pont. c. 2. §. sane, de cens. in 6. officium archiepiscopi visitantis dicitur esse esse tradit, inquirere de ministrorum, rerum ecclesiasticarum, actis & criminibus circa officia diuina, & ea referre punienda ad proprios iudices ordinarios: vel eadem, si manifesta, & in negligentiam proprii episcopi punire. Potest in hac inquisitione, quæ officio fit, iudex examinare in testem, denuntiantem, Bart. in l. diuus, de cust. reor. per ca. licet Hel. de simo ca. in omni negotio, & ibi gl. de testi. Angel. in tracta. malefic. ver. nec non a denuntiante, nu. 21. ¶ Rumor, t̄ & manifestum interdum iudici inquirendi danti- 7 tius ansam: & sic intelligimus, quod traditum est, inquisitionem præcedere clamoram denuntiationem, c. inquisitionis, §. tertie dubitationis, ca. qualiter & quando, in 2. de accusat. c. licet Hel. de simo. Quia & in rumoribus iudex non debet immorari, sed veritatem exquirere, c. cum oportet, de accusat. Non enim tunc in diffamatione suborta expectatur accusator alius sed probatio certior. Si- cut nec

cur nec in manifestis nam euentia parati sceleris non eget etiam accusatore, c. euidencia. eod. neq; manifesta egent probatione, c. de manifesta, 2. q. 1. scilicet formali & accusatoria. Probatio tamen alia existit eorum, qui crimini aduerunt, quos iudex ante sententiam condemnationis testato audire debet: cum iudicialis actus omnes ad fidem gestorum conferendam, diligenter & vere describi debeant, ca. quoniam contra, de probatio. ¶ Verum hic t observandum est, quaedam esse que manifesta sunt iudici, & aliis ignota: quaedam, quae ignota iudici & aliis nota: quaedam nota sunt iudici & aliis. In primo casu sine accusatore, & legitima probatione, iudex non punit delictum: quia iudex, & accusator esset. In secundo idipsum locum habet. In tertio autem, sine solemnitate ordinaria plectit, haec probantur in d. cap. de manifesta, 2. q. prima. ¶ Est t quoque hic adhibenda distinctio notorii criminis, distinctio, d. in d. c. de manifesta. Nam quoddam est notorium, notione facti, quod mutari non potest: quale est, quod o:ulis subiicitur, nec probabiliter negari potest, quod o:ulis habet euentiam, ca. vestra, de cohabitata, clerico. Et mulier. Aliud crimen publicum notorium, ratione famae tantum, ca. ius, eod. tit. Porro publicum testimonium, & fama, non inducunt condemnationem: at notorium facti, contra. Est publicum contrarium testimonium minuat famam: oportet enim habere testimonium bonum, si fieri possit, & ab iis qui foris sunt, ca. inuenimus, de consec. dist. 1. can. 1. 2. q. dist. 1. ad Tim. 3. Quando autem fama & notorium exigant probationem, & quae proprie notoria & manifesta sint, videbis fuisse tractatum in g. ca. vestra, in verbo notorium, & in c. ius, in ver. non ex euidencia, de cohabitata, clerico. Et mulier. apud Grego. c. cum olim, de verbo, sign. Est & textus singularis Damasi Papae, qui ex locis factae paginae arguit, quod licet aperte illi sit a quaeritorum reprehensio: nihilominus decet ab iis qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari, c. eorum qui accusantur, 1. q. 3.

De Accusatione solemnii. Cap. 7.

- 1 Accusatio solemnii quid.
- 2 Libelli accusatoris forma.
- 3 Inscriptio in libello accusationis cur exigatur, & nu. 6. & seq.
- 4 Scriptura cur in quibusdam exigatur negotiis.
- 5 Denuntiator sine calumnia poena desistit ab accusatione.
- 6 Inscriptio in quorum accusatione criminum non sit necessaria.
- 7 Vxor de adulterio ex sola suspitione maritus accusare potest, eo.
- 8 Calumniari quando aperte quis dicatur: & qua a calumnia excusare possunt.
- 9 Periculum ubi maius sibi cautius est agendum.
- 10 Accusatio criminum inuenta ad conservandam humanam societatem.
- 11 Reges Aegyptiorum mortui ante funus vellandari vel vituperari.
- 12 Accusationes verae laudabiles, ut plerumq; etiam ex celo inuidia.
- 13 Inuidia vitium pessimum quale.

Alia t species accusationis in iudicium delatae, proprie accusatio solemnii dicitur. Quae est, colligitur ex l. vns. de famo. libell. C. delatio, & persecutio vlt que ad sententiam, l. qui cum natus maior, 1. 4. §. accusasse, de bon. libet. lib. 38. P. tit. 2. c. i. minis, facta coram iudice per libellum, l. 1. §. sane, de famo. libell. C. verbis conceptis descriptum, & portectum eidem iudici ad vindictam publicam. In quo postremo differt a querela, quae opem implorat, nec vindictam petit, nisi per consuetudinem: haec autem principaliter eo dirigitur, leg. 1. §. quod autem d. etum, de offi. p. ef. verb. lib. 1. P. ¶ Libelli t inscriptio suam habet conceptam formam, & solemnem apud Paulum Iurisc. consultum, libellorum, 30. de accusatio. lib. 48. P. tit. 1. vt adiciatur tempus certum, quo crimen commissum est, quodque certum sit, adiecto consule administrante, vel tunc imperante principe. Dehinc secundo, vt nomen inferatur magistratus, coram quo proponitur accusatio. Tertio, explicetur persona quae accusatur, & cum qua deliquerit. Quarto delictum, de quo accusatur. Quinto locus, in quo commissum est. Sexto, vt qui accusat, subscribat per se, vel per alium, si literas nesciat, libellum. ¶ In primis t itaque in scriptio exigitur, nempe vt accusatio ex scripto concepta portigatur, & praecedat accusationis propositionem, d. libellorum, & l. in criminalibus, & l. si de accusat. lib. 9. C. c. accusatio, 2. q. 8. etiam si de seruorum agatur accusationibus, l. si seruos, 13. de accus. in P. Nec quicumque in discrimen capitis accersitur, statim reus existimandus est, si accersitur: sed debet, qui crimen intendit, primum in iudicium venire, nomen rei indicare, vinculum inscriptionis accipere, & custodiae simili-

tudinem, d. l. fin. C. de accusa. ¶ Sic t in inuolutis negotiis exiguntur leges, vt plerumque scripturam, vt eorum probatio facilius & firmior perseveret: vt in emphyteosi, leg. 1. de iure emphyt. C. leg. contrahitur, de pigno. in P. mandatis prin. ipum, l. 1. C. de manda. princ. literarum obligatione, §. 1. de liter. oblig. l. generaliter, C. de non nu. pecu. & aliis similibus. Porissimum & in forensibus negotiis, quamquam ciuilibus libellum porrigi oportet, auth. offeratur, de lit. contestat. nec sola denuntiatio facit accusationem, caput. licet in beato Petro, de accusat. apud Grego. ¶ Ideo t & potest posteam quis ab accusatione abstinere, idque sine nota calumnie non inscribendo. Verumtamen postea volens accusare, non auditur: atque sicut inquisitionem denuntiatio, sic accusationem in scriptio praecedat, c. qualiter & quando in 2. §. si de accusat. ¶ Sunt in t manibus plures rationes inscriptionis: referam paucas, quae & ad illam pertinent, & docentur haec solemnitas in accusatione tantopere desideretur. Prior ergo, ne temere quis profiliat ad accusationem, cum sciat ex conceptione inscriptionis & subscriptionis sibi non fore inultam calumniam, leg. si cui crimen, de accus. in P. Siquidem per hanc paginam inscriptionis obligat se quodammodo accusans, & fideiullorem exercenda de lite praestat, l. qui crimen, qui accusa. non poss. C. Sic dicimus non prius inscribendo, id est, accusatori praebere assensum, quam se solemnii lege vinxerit: ne temere reus vexetur, l. 2. §. ex longinquo, de exhib. reis, C. Ideo prius accusator profiteatur crimen se probatum, alioquin poenam eandem, quam meretur crimen illatum, subiturum, ca. quis quis, & c. qui crimen, 2. q. 8. c. nullus introducatur, §. in scriptio, 4. q. 4. Quod & statuit Theodericus Fracorum rex olim. Esti Germanorum lex 60. tantum solidis punit, vt ait Iustinus Gobelus in consuet. Caroli 5. de reb. capital. art. 12. Estque haec poena talionis, de qua in poenis diximus. Sic periculo capitis sui accusator facile a falsa accusatione retardatur, & ea, quae probare non potest, in alterius periculum non coniciet, l. in priuatis, ad SC. Turpil. l. ab Imperatore, de praenari. in P. l. si de priu. del. in P. l. si. C. de accusatio. non probauerit, 2. q. 5. ca. qui calumniam, 5. q. 6. & potius in priuatis delictis eligit agere ciuilitate, in qua actione non exigitur inscriptio, l. fin. de priu. del. in P. l. si de furi. in P. cum in illis & ciuilitate & criminaliter agi possit contra, quam in publicis, in quibus accusatio desiderat inscriptionem. ¶ Pauca tamen excipere, vt si maritus iure mariti accuset de adulterio vxorem, quod potest sine inscriptione, dum ei concessus est eandem & ob suspitione accusare, l. quoniam adulteri, §. in primis, ad l. l. de adult. intra sexaginta dies a crimine cognito, intra quos tantu marito sine inscriptione licet accusare, & hoc est iure mariti accusare, l. iure mariti, C. eo. l. ob commissis eo. C. exactis autem iustis his diebus, aliis adulterium iure ciuili licet accusare, & ipsi quoque marito, sed non nisi cum inscriptione: quod & ad patrem pertinet accusare filiam de adulterio volentem, l. 2. §. si simul, ad leg. Iulia, de adult. in P. Et hodie in Gallia, est accusandi licentia priuatis adempta sit ad vindictam publicam, nisi quatenus sua interest ciuilitate: tamen qui denuntiat adu. cato vel rationali regio, aut qui accusat, debet se subscribere libro denuntiationum, vt si deficiat in probatione docenda rationali, detur actio in eum, & reo facta indicatione delatoris. ¶ Tuncq; t erit notio, num omnino calumniatus dicatur. Nam dicebat Cicero pro Ros. Ameri. accusatoris multos esse in ciuitate vitale est, at hoc vitale est, vt non plane illudamur ab accusatoribus. Innocens est quispiam, verumtamen quamquam abest a culpa, suspitione tamen non caret: tamen si miserum est, tamen ei qui accusat, possum aliquo modo ignoscere. Cum enim aliquid habeat, quod possit criminose ac suspitione dicere, aperte calumniari & iudicari sciens non videtur. Oportet enim aliquem postulatam calumniae, in euidenti calumnia deprehendi, vt si sciens, falsa crimina detulerit: alias, si per errorem, calumniatus non censetur, l. 1. ad senatus Turpil. l. 28. P. tit. 26. Vnde duae formulae sententiam dicendi, non probasti, vel calumniatus es, dist. l. 1. Potest & extra calumniae praenari, dum vera abscondit crimina coludens cum reo, dissimulas veras pbationes, & excusationes falsas admittens: & tergiversari, dum in inuenerum ab accusatione desistit, d. l. 1. per totum, ad SC. Turpil. P. ca. 3. de coll. detog. l. praenariatores, de ver. sig. leg. athletas, §. praenariator §. calumniator, de iis qui nos. inf. tot. tit. de praenari. in P. l. 1. C. ad SC. Turpil. quorum diuersa poena. Excusat & a calumnia iustus accusandi dolo, vt si parer quempiam reum caedis filii detulerit, Constantin. Armen. lib. 6. Prom. sur. tit. 6. l. fin. de pub. ind. ¶ Altera t ratio istius inscriptionis est, eo maturius & cum maiori solenitate tractandus esse negotiu, quo grauius est, & maius versatur periculum, c. ubi periculu,

- de elec. in 7. can. quiescamus, 43. dist. li. §. sed est quis. de Carbo. edi. Proinde conceptis & ordinatis verba tractanda est causa, in qua cum capite, & de fortuitis omnibus peticitatur reus, *le. add. Etos, de episc. audi. C. laddisios, C. de appell. li. 7. tit. 62. ca. veniens, eod. ap. Greg. & ibi gl.* Tantoque subtili & diligenti notione res est querenda ante iententiam. quanto difficilius est post executionem reuocatio, *ca. fin. 8. q. 2. Vilius & fontem absolui quam innocentem causam dicere, & condemnari, Labentem, de pen. in P. Cic. pro Rosc. Ameri.* cum impediti malam rem sit melius, quam concedi male, ut ait Cicero 3. de Legib.
- 10 ¶ Dehinc tertio, ut constat, accusationes inductas esse, & inuentas ad conseruandam integram societatem hanc humanam, quodque peccata nocentium expedit esse nota, *le. eum qui nocentem, de iniur. in P. l. lex Cornelia, §. fin. eod. le. 1. de iis, qui latro. occult. li. 1. §. accusatoribus, de fal. mone.* Et postea citius sanetur mala, vel tollantur, ne virus illorum ceteros inficiat, vel laedat: vel ne ipsa insanabilia reddantur, mora castigationis suspensa. Tanto enim grauiora, quanto animam diutius detinent alligatam, *ca. nouis, cum seq. de simo. c. si. de consuetud.* Metu autem accusationis continentur in officio homines, cauentes ne quippiam reprehensione dignum admittant. Atque; ¶ laudabilis fertur fuisse consuetudo Aegyptiorum, qua mortuo rege antequam funeri mandaretur cadauer, erat institutum, ut per sacerdotem, qui erat proximior regiae dignitati vita eius omnibus praesentibus referretur ex alto suggestu, num fegnis aut deses in bello: & si vitia praenalerent, honore funeris priuaretur, ut narrat Diodorus Siculus li. 2. ca. 3. Neque carent sua laude, qui sincere accusant, iuuantque rempub. morbos indicantes, quibus affligitur: cum veritatem in publicas aures, lucemque deduxerunt. *l. nulli, 28. in fine, de episc. & cler. C. leg. 1. de fumo libel. C.* ¶ Proinde ¶ æquum maxime & vile fuit, quibusdam arctioribus & solemnibus cancellis accusationes constringere, quod nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum producamus, *l. nulla iuris ratio, de regul. iur. in P. l. quod fauore, de leg. C.* Alioquin satis per se accusatio, si a frequenter accidenibus arguere liceat, videtur inferri zelo & stimulis inuidiæ. *ca. si omnia, 6. q. 1. ¶ Dicta ¶ ideo genus illaudabilis intentionis, can. si quis episcopus, 2. q. 7. siquidem inuidia vitium est detestabile, vtpote tristitia ex alienis bonis, ut scribit Ioannes Damascenus li. 2. de ortho. fide. & D. Augustinus super ca. 4. Genes. Nemo enim cum suæ virtuti fidit, alteri inuidet. teste Cicerone Phil. 9. Et ut Ouidius ait 1. de remed. Arn. Summa perit liuor, perflant alissima venti. Nec peius damnium ipsa inuidia, ca. sumi plurimi, 6. q. 1. Accedit & detractio calumnie, quæ prætextu boni publici sepe bonos & probos perturbat, & diffamat, atque vellicat, quibus obuiam iri oportuit, & probationum onus inscriptione expetere: alioquin parum abesse accusatio ab iniuria libelli famosi, quæ tamen & punitur acerrime, *l. lex Cornelia, §. si quis librum, de iniur. in P. le. ob carmen, de test. li. cui, §. fin. & l. cum lege, de testib. in P. l. 1. de fumo libel. C. litem apud Labeonem, §. ait prator, versicul. si quis libello dato, de iniur. P.**
- Cur Nomina accusantium, accusatorum, & iudicum apponantur libellis accusationis. Cap. 8.
- 1 Condemnari nemo debet, antequam nomen eius delatum sit.
 - 2 Nomen personarum facit cognitionem.
 - 3 Nomina plerumque referunt mores personarum, quibus induntur. eod.
 - 4 Nomen inonestum capere nemo conditione grauari potest. & legatum nihilominus nomine relicto, capit.
 - 5 Forum in criminibus quorum ratione quis sortitur.
 - 6 Errones seu vagi vbi conueniri, & damnari debeant.
 - 7 Latrunculatorum in quos est iurisdictio, eod.
 - 8 Iudex competens criminum quis.
 - 9 Domicilium principale alcinus dupliciter dicitur. Domicilium beneficiati, & beneficii locus eod.
 - 10 Iudices plures vnius persone quæ ratione esse possunt.
 - 11 Iudicibus pari potestate donatis concurrentibus potior tempore, prior iure.
 - 12 Iudicibus coram variis vocatus ad praesentem se remitti postulare debet.
- 1 R Efert Pausanias lib. 8. in Achaicis, Callicratem Achæum, coram decem legatis, quia Senatu Romano missi erant, ad res

Macedonia componendas quendam supposuisse, qui frequentissimo Achæorum conuentu queri cepit a potentioribus pecunia, & aliis modis Persem regem contra Romanos adiutum, postulareque ut rei capitalis damnarentur, suo quemque nomine postea indicaturum. At id periniquum visum esse vniuersæ concioni, & contendere vt nominaret eos palam: ius non esse omnino quemquam condemnari, cuius nomen nondum esset delatum. ¶ Neque in ¶ dubium venit actorem, reum & iudicem legitimum constituere iudicium, sine quibus esse nequeat, *l. inter litigantes, & l. Iulianus, de iud.* Proinde vt nouerimus quæ sint istæ personæ, & an sint legitimæ, nomen proferri debet & cognomen, vnde habeatur notio earum, *l. 1. de muta. nomin. C. §. si quis in nomine, de lega. Titus Probus, in epit. lib. 10. Valer. Max. Arguunt & quidam, quamuis hoc sit arguendum plerumque; fallax, ex nomine probitatem, vel malos mores hominum. Et Claudiannus Mamertus episc. Viennens. ad C. Solinum. Nomen dici putant, inquit, quod rem notam faciat, sitque velut rerum imago. Arguunt & aliquando literæ sacræ a nomine personarum, vt Abigallimprobat maritum, 1. Reg. 25. a nomine, quo Nabal dicebatur. Nabal enim stultum significat. Et secundum aliquam proprietatem putantur imposita nomina patriarcharum, vt Isaac a risu: Iacob supplantator, sic de aliis: vt Michael, qui sicut Deus, Raphael, medicina Dei, & in aliis. quæ percurrit Eusebius Pampphil. lib. 11. de præp. Euang. ca. 4. docet & Plato in Cratulo. ¶ Vnde & Metianus ¶ Iurisconsultus remittit heredi conditionem a testatore impositam, vt ferret nomen inonestum, veluti vesperilionis: cum sit habenda cura honesti nominis & dignitatis, Meia. le. sed sciendum, ad Trebell. in P. ¶ Iudicis ¶ porro nomen proprium, & dignitas adicitur, vt appareat num is competens sit, aut forum eius. Quemadmodum enim delinquentium personæ tripliciter considerantur: nempe, vt erronee & vagi: vel ratione loci domicili: vel ratione criminis admissi: totidem etiam modis iudicis iurisdictio considerari debet. *le. 1. C. vbi de crim. agi oport.* ¶ Errones ¶ quippe delinquentes, qui statum, certumve non habent domicilium, vbiuncque reperi fuerint, etiam si alibi, quam vbi comprehenduntur, deliquerint, plecti a latrunculatore possunt, notat Barto. in le. heres absens §. proinde, nu. 4. de iud. de latrunculat. in l. salemus, §. si de iud. in P. Hi sunt hodie, qui dicuntur præpositi, seu præuosi, de marechaux, quibus hæc iurisdictio concessa in erronee, & in domicilio quoque habentes ex certis criminibus, veluti in latrones obfidentes vias, & eos qui turmatim hostili more depouulantur agros, & hospites suos spoliant, prædantur, rapiunt mulieres, exstat constit. regia Franc. 1. de la iurisdictio des præuosts, an. 1536. 25. Ianuarii. Tubent & principes Carol. 8. in const. suis art. 55. Ludouic. 11. in const. suis art. 90. 91. 92. 94. in publica. an. 1499. contra erronee delinquentes, procedi a iudicibus regis, non obstantibus appellacionibus aut intercessionibus, seu vt dicunt appositionibus quibuscunque, vsque ad sententiam torturæ & mortis. Indignum enim est tandem a propriis municipiis aberrantes, priuilegiis aliorum annumerari, *le. si quis de domest. & protecto. li. 12. C.* ¶ Ordinarii ¶ autem iuris est iudicem competentem criminis admissi eum esse primum, qui in loco, vbi delinquitur, iudicat, *auth. qua in pronincia, vbi de crim. agi oport. l. 1. C. vbi senat. vel clar. l. si cui crimen, §. idem Imperator. & l. fin. de accusat. in P. c. postulat. & c. fin. de fo. com. et.* Et ita quoque fieri expedit exempli causa, vt ibi pœna emendet, quod delictum offendit, & alii a simili perterreantur: potissimum in grauioribus criminibus, *l. capitalium §. fam. etos, de pe. in P. l. 1. ad leg. Jul. pecul. C. c. 1. de rap. ap. Grego.* Et quamuis ratione domicili ius sit iudicis inquirendi de maleficiis incolarum alibi delinquentium, vel eorum qui ibi bona habent & ius condemnandi, *l. 1. & 2. vbi de crim. agi oport. C. nihilominus tamen remitti solent puniendi ad iudicem loci, in quo delictum admissum est, §. si vero quis comprehensorum, vt nulli iudic. lic. hab. lo. seru. coll. 9. le. soles. de custo. reo. in P. le. desertorem, de re milit. in P.* Extra hos casus qui cognoscit de crimine extra territorium suum admissio, sententiam perperam dicit & nullam, *cle. pastoralis, §. rursum, de sent. & re iudi. vt sententiam a non suo iudice dictam ius improbat, le. 1. si a non compe. ind. C. c. ad audientiam, de consuet. ca. at si clerici, de iud. can. in rem. vers. de persona. 2. q. 1. & extra territorium ius dicenti impune non patetur, *l. si de iur. sd. om. ind.* Ceterum vt hæc dilucidius appareant, de domicilio pauca subnectamus. ¶ Domicilium principale ¶ dicitur dupliciter, vel ratione habitationis locus, in quo quis solitus est maiori ex parte temporis habitare, & residere, *ca. si de paroch. Fel. in c. postulat. de fo. comp.* Sicuti domicilium**

liam principale clerici beneficium habentis, dicitur locus beneficium, cui assidue debet, d. c. postulasti, non autem in non habeat assidue in se residentiam annexam, vt notat Panormita, in ca. 1. eod. Et quot habet quis sacerdotia, totidem habebit principalia domicilia, si annectatur assidue, vt tradit Archidiaconus in can. clericis, l. 1. q. 1. Et in summa, l. 3. q. 6. Iubent autem iura omnibus beneficiis seu sacerdotis residentiam praefectorum, c. ad hoc, de preb. ap. Gregor. quamquam ex dispensatione permittatur aliquando absentia. Vbi etiam quis dignitatem exercet, domicilium habere videtur, vt & ibi possit conueniri, l. 1. vbi senato, vel claris, C. quia & ibi larem fouere dicitur, & habitare, l. tres tantummodo praetores, C. de offi. pref. retro. Se undo domicilium ratione maioris partis patrimonii d. c. postulasti, de fo. compet. d. l. 2. vbi senato, vel claris, et in diuersis locis quis solitus sit habitare, & in vtrique dicitur habere domicilium, l. assumio, §. filius, & l. Labeo, ad municip. P. Tertio & sumitur domicilium ratione tantum originis & natiuitatis propriae: quamuis quis alterius municipii sit incolae. Sic filius dicitur alibi natus, quam pater, sequi originem patris, non domicilium, d. l. assumio, §. filius, & l. liber, §. patris, eod. ¶ Porro ¶ qui extra loca praedicta sunt, & extra domicilium, dicuntur aduenae & peregrini vbi sunt, si inibi non habeant pergulam vel armarium, l. beres abfens, §. at si quis, de ind. in P. Ex quibus constat, vnus persona plures posse concurrere iudices, quibus vel priuilegia personalia alios posse addere: veluti scholasticis legum tres alii iudices concessi, episcopus, rector provinciae, & doctor sub quo student, const. habi, ne filii pro patre, C. Sunt & dignitatum quarundam alii iudices, & crimina capitalia quaedam & maiestatis, quae propriis, nec ordinariis alicuius horum habent iudices. ¶ Concurrunt ¶ & in aliis criminibus plures eadem potestatem in commissis crimina habentes. Inter quos potior, qui diligentior est, vbi ceptum est iudicium, ibi finem debeat accipere, l. vbi ceptum, & si quis posteaquam, de iudi. in P. cap. postulasti, de fo. compet. praeventio facta, vel sola citatione, c. gratum, de offic. deleg. non autem sola libelli productione iudici facta vel querela proposita, quia ex his non videtur res in iudicium deducta, l. non videtur, de iudi. in P. Quod si iudices, qui aequalis sunt potestatis & aequalem exercere possunt iurisdictionem, circa idem crimen pari diligentia concurrant, vt vterque inquisierit vadimonium vel prehensionem vno & eodem die decreuerit, cum non possit hinc disceri quis praueuerit iudicium, vterque recte cognoscat, donec reus vel alius ad suppreum quoddam tribunal prouocauerit: quod ob concursum iurisdictionum alicui eorum ex integro committat vel remittat, vel sibi notionem causae ob iurisdictionum controuersiam retineat, vt fieri solet. Concurrunt autem in iurisdictione, quia cum pares in ea notione sint, par parem prohibere, ne cognoscat, non potest: nec in parem par habet imperium, l. ille a quo, §. tempus, ad Trebell. in P. l. nam magistratus, de arb. in P. c. cum inferior, de maior. & obid. Dehinc cum quilibet horum habeat iudici iurisdictionem concessam, ad necessitatem officii iustus pertinet, crimina inquirere, & de illis cognoscere. Quippe iudicare munus publicum est, l. quippe iudicare, de iudi. l. nam quod, & l. ille a quo, ad SC. Trebell. l. filiusfamilias, de iis, qui sunt sui vel alii, iur. cui necessitas iudicandi adhaeret, Archid. in l. munerum, §. iudicandi, de muner. & hono. in P. l. pen. §. qui autem, de vac. mun. l. ff. ad magistratum, de decurio, l. 10. C. Et proinde si iudex interpellatur ab eo, qui se passum delictum dicit, tenetur officium ei impartire: alioquin & conuenienti nomine damnorum teneatur, l. 1. §. magistratus, de magistr. conueni. Sic in hac necessitate, & dum in dubio est animus, quis iurisdictione praueuerit, melius est verbis edicti seruire, vt vterque cognoscat, l. 1. §. sed est sciende, de exercit. act. in P. & tutius vtilius sequi, l. si quis mentione ambigua, de iud. in P. vtilius autem nihil, quam purgari provinciam hominibus sceleratis, l. ius vulneratus, ad l. Agul. in P. Quod ad officium moderatori reipublicae pertinet, l. conuenit, de off. presi. l. 4. mandatis, ad leg. tal. peccul. Cuiusque crimen detegitur, quoda pluribus indagatur. Neque argui ideo potest iudex vnus, quod alio de eodem crimine inquirente & cognoscente, ipse quoque prout onus impostum est cognoscat: quia & facti alieni iusta est ignorantia, l. pen. pro suo, in P. ¶ Verumtamen ¶ hic obseruandum est, causam delicti a pluribus iudicibus tractata, reum coram diuersis factum, ad vnum eorum qui praueuerit petere se remitti debere: quod & fieri debet: aliter iusta est prouocandi causa. Neque causae continentia in diuersa tribunalia diuidi debet, l. mil. l. C. de iud. Ne accidat illud absurdissimum, pro eodem delicto

bis eundem puniri, quod iure vetatur, l. senatus, de accusat. in P. l. licet, §. si nam campo, in P. vt ne de eodem crimine bis queratur, l. si cui crimen, §. 1. de accusa, in P. l. sanctio legum, de poen. in P. c. diuina clementia, de poe. dist. 4.

De Iudice legitimo criminis admissi in via publica, seu regia. Cap. 9.

- 1 Via publica commissum crimen, cuius iudicis habeat forum.
- 2 Indices regi non soli priuative super alicui cognoscunt de delictis commissis in via publica, & 3, & 4.
- 3 Via publica, via regia.
- 4 Viarum publicarum cura ad quos pertinet.

¶ Via ¶ incidimus in concursum iurisdictionum, quotidiana & vtilis quaestio paucis explicanda, quae legitimum quaerit iudicem in delicto in via publica commissio: in ditione tamen & territorio dominorum, qui habent imperium ratione iurisdictionis, & proprios ordinarios iudices quive aliquando in ea via publica habent confines & conterminas iurisdictiones: & ita inter se, & cum regis iudicibus concurrunt. ¶ Igitur ¶ filius criminis cognitio primum ad regios videtur pertinere iudices, tanquam via publica ad regium territorium pertinente: nam ea, via regia dicitur, Num. c. 21. & inter regalia via publica, & flumina constituuntur, §. 1. qua sunt rega, in Feud. Sic Vlpianus in l. 2. §. viarum quaedam ne quid in loco pub. in P. vias publicas a Graecis dicitur esse βασιλικας, & Latinis praetorias, & consulares vocat, quarum solum relictum publicum est ab eo, quibus habet publicandi. ¶ Erat ¶ antiquis Romanis aedilibus Curulibus l. pen. §. de via pub. circa fin. de mandata viarum cura, quae secundum ciuitates erant: sic eorum iurisdictione ratione illius muneris protendebatur extra ciuitatem Romanam. Ea quoque ratione & iurisdictionem habebant delictorum in vi commissorum: ait enim lex d. l. pen. in si. & eorum munus esse ne ferner rixari homines in viis. Meminit Dio Cassius l. 54. hist. Rom. Octavianum Caesarem viarum curatorem constitutum, & eos qui viis reficiendis praesent, praetorios viros, qui binis licitoribus vterentur, designasse. Nemo autem ambigit licitorum fuisse ministros & executores criminalium sententiarum, vt & illam notionem eis curatoribus competere nequeat dubitari. Neque iurisdictionales dominos, ratione iurisdictionis concessae territorii, quae publicis in perpetuum relictas sunt vrbibus, vlllo modo vsurpare posse: quia inalienabilia sunt, l. continuis, §. cum quis iuncta gl. in ver. relicta sunt, de verb. obl. in P. & nullius in bonis censetur, l. in tantum, de ver. diuis. in P. Proinde magistratus aliquando proprii constituti sunt quatuor viri qui curam viarum agerent, l. 1. §. eodem tempore, de orig. iur. in P. Et hoc interest inter vias vicinales, & publicas: quod vicinales factae sint ex vicinorum agrorum collatione: publicae non item, vel si inde factae sint, tamen non exstat memoria, l. si de loc. & itin. pub. Quare ne videtur haec viarum iurisdictione pertinere ad dominos iurisdictionem habentes in vicinis agris, quia ex illis via publica non constant, l. 2. §. viarum quaedam ne quid in loco pub. P. ¶ Ceterum ¶ Petrus Iacobus in praxi, c. de libel. super iurisd. circ. finem §. quaestio nunc, scribit, iurisdictionem in via publica eorum esse, qui circum eam iurisdictionem habent. Quia, inquit, certum est, vias publicas initio suae publicationis fuisse de solo Feudorum priuatorum, facit l. 3. de lo. & itin. publ. P. Neque omnino & in toto falsum vel immutatum dicitur, quod primordio veritatis adiunatur, l. cum filius, 78. §. heres meus de leg. 2. Et origo obligationis potius inspicitur, quam titulus actionis, l. tutor, de fideius. l. quid de don. in P. §. filius ad Maced. C. Adfert & alias rationes P. Iaco quae quibus reici possint facile, & prior sententia videatur pbabilior, obtinent in Gallia, vbi patrimoniales sunt iurisdictiones dominis quibus rex concessit, P. Iac. circa fin. in de succ. reg. Fran. Nec quicquam dubitat principis priuato vsu, & seruitutem etiam publicae viae posse concedere, l. seruitutes praediorum, §. publico, de seruit. §. re. arum, de ver. diuis. l. ego, de ac. rer. do. in P. Et vendi viam publicam priuatis, vel alio modo concedi posse per principem & populum notat Bartolus in l. 2. §. viam publicam, ne quid in loco pub. in P. Et si ager vendatur recepta padio, vt accedat & ei vicina via publica, l. id quod, ost. emtionem, §. fin. de peri. & commod. rer. vend. Et meo quidem iudicio ita expediri potius ordinarios iudices locorum, de his delictis, quae intra iurisdictionem suam in viis regis & militibus admittuntur, cognoscere: ne dum regis expectatur, vel pereat probatio, vel reus effugiat. Et ne legnes sint domini locorum in expurgandis sceleribus, dum ad aliorum notionem pertinere causarentur.

Item, non dubio, de capt. & postlim. reuersi. Sunt & alia, quae ius singulari hoc a principibus adeptae sunt, ut olim quae erant iuris Italici. L. ancep. pen. Et si de cons. in P. Et proinde ciuitates iis omnibus modis habent notionem & iudicium caussarum hodie criminalium, conferuata principalibus iudicibus, qui regiam potestatem maiorem referunt, prouocationis discutunt. Atque ideo solet municipia, dum nouus rex diadema sumit, ab eodem petere iurium & priuilegiorum confirmationem: & princeps, qui pactis & promissis etiam iuregentium vincitur, l. digna vox, C. de legib. glo. in l. 2. de proc. Impe. offer. intactas relinquit approbatas ex priuilegiis & consuetudinibus iurisdictiones. Et certe, ut me ab hac quaestione breuiter expediam, tota iurisdictionum criminalium & civilium caussarum distinctio, & magistratum, ab ordine & distributione, quam principes constituerunt, & a receptis consuetudinibus pender: ut ad horum probationes recurrendum censeram, & quo iure utantur municipes. Quo fit, ut nec hic superflua terere uelim otium in explicandis iudicibus, qui de criminibus cognoscant, cognouerint uel aliquando: toties enim mutata est forma iudicandi, quoties & rerum publicarum administrandarum formula: & quoties principibus placuit, & necessitati rerum uisum est conducere.

De subscriptione libelli accusationis.

CAP. II.

- 1 Subscriptio libelli, uel aliarum scripturarum, ratum magis facit ante scripturam.
2 Subscribere accusationi non possunt, qui nequeunt accusare. Accusatoris manus probare illata crimina. eod.

Libellus accusationis habet personarum, delicti, temporis, & loci expressionem pro formula. Quantum autem haec adferat opis in considerandis criminibus, in principio tractationis de criminibus iam docuimus: ut tantum de subcripte, quaedam mone- re necessarium ducamus. Itaque subcriptio libelli habet expressam quandam approbationem eorum, quae scripta sunt. leg. si quis ex argentariis, §. 1. de eden. §. 1. de emt. apud Iustit. §. sed & si quis aut mutis instrumentum, de instr. fide & caute. Sicut quando dominus ferui chirographo se subcriptit, tenetur actione quod iussu. l. 1. §. sed est ferui, quod iussu. in P. Et si quis alienationem rei suae ab alio factam subcripterit sua manu, uideatur approbare, & suo iuri reuocata, l. si de infor. §. pater. de pignor. Et tunc subcribere, sub- signare, idem sentire, ratum habere, confirmare, ut & Budaeus do- cet, in l. minor, de minor. in annota. prior.

Quibus t accusare interdicitur, nec libello accusationis sub- scribere conceditur. Ita Cicero, de Diuination. cum de Gabinii accusatione quaereretur, pronuntiatum est, ut quae sit Q. Caecili- noe subsistendi quidem facultas concessa esset. Per accusatorum libelli subscriptionem subcribens se obligare creditur, ad proba- da illata crimina, uel quos, Demosthen. aduersus Midiam, τῶν ἐὰν κτη- νῶν πρὸς τὸν τοῖστον ἀποκρίνει ἐξ ἀλλήλων ἕκαστον, τὸ δὲ ἐπιζῶν καὶ πα- ραίρει. Existimo enim, inquit Demosthenes, tantum esse accusa- toris, ut crimen probet: rei, ut etiam deprecetur. Et rursus alibi, I- dem in app. ἀπὸς ἐυβουλῶν, contra Eubulidem, in princ. Cum nemi- si liceat, etiam si obnoxium quoque constituerit, per ea nocere cui- quam, quae se audisse dicit: qui conuenit eis uos habere fidem, qui nullo suo periculo nos criminatur?

Qui accusare non possunt ob delictum, uel eius suspicionem. CAP. 12.

- 1 Accusandi edictum prohibitorium est.
2 Accusare procuratores regii regulariter possunt, & quando alii.
3 Accusator increpata uita esse debet. Et 4.
4 Accusare qui prohibeantur ob delictum, & ob quod delictum.
5 Infamia iuris & facti reiciit ab accusatione. Index uir bonus. eod. Existimatio quid. eod.
6 Calumnia suspicio reiciit accusatorem.
7 Infamia facti num reiciit accusatorem, est in arbitrio iudicis.
8 Absolutus de crimine num ob id, si accuset, reici possit.
9 Inimici ob calumnia suspicionem arcentur ab accusando.
10 Socii criminum ab accusatione remouentur.
11 Accusatio morturi non oner at alium sine alio iudicis. Morum iustus censor non est, quos ipse approbauit. eod.
12 Pauperes quare reiciantur ab accusando, & qui sint illi qui re- iiciantur.

- 13 Paupertatis definitio ad iudicis arbitrium pertinet.
14 Accusans duos, tertium non potest accusare.

Prohibitorium t est edictum, de non accusando: ideo quibus non interdicitur, censetur permissum. Mar. in l. qui accusare, 8 de accusa. in P. Sicut in similibus receptum. L. cum prator, de iud. P. nec non, §. quod eis, ex quibus caus. maio. in P. cap. prohibetur, 2. q. 1. Prohibetur autem accusare ob delictum proprium, ob sexum, ob aetatem, d. l. qui accusare, & d. cano. prohibetur. & ratione aliarum caussarum, quae inter explicandum apparebunt. Et t quanquam supra in delatione ad nouerimus, procuratorem regium, rationalem, seu duumuiros, uel triumuiros regio esse hodie legitimos accusatores: tamen constat iis iungi alios accusato- res, qui priuati dicuntur, ut persequantur quantum sua interlit ciuili- liter, qui instruant accusationem regiam & deferunt. Et ideo, quae placuerint antiquis, de probando accusatore dicam. Magnum t opus, de uita alterius & famae integritate perperam, & cum irreparabili iactura disputare. Et proinde in personis accusantium multa perquiri debent, antequam ad id munus institutum audiantur. Querendumque in primis in iudicio, cuius conuersationis & fidei is sit, qui accusat. Nam quotum uita culpabilis est, & quotum fides & libertas nescitur, accusare maiores natu leges non sinunt. c. quom admodum, 2. q. 7.

Prohibentur t propter proprium delictum infames, qui tur- pem exercent quaestum, l. qui accusare, 8. de accusa. in P. publico iudicio damnati, qui nec suam nec suorum prosequuntur iniuriam, l. qui in iudicio, 4. eod. uiles personae, qui iudicium artem uel lenocinium exercentur, uel in arena depugnant, ca. prohiben- tur, 2. q. 1. concubinari publici, conspirantesque in reum, ca. cum dilectus filius, de accusat. Et ut in summa dixerim cum Cicero, §. acti in Verrem. Omnes, qui alterum nullis impulsu iniuriis, nulla priuati lesi iniuria, nullo premio adducti in iudicium reipub. causa uocant, prouidere debent, non solum quid oneris in presentia tol- lant, sed etiam quantum in omnem uitam negotii suscipere conuen- tur: legem enim sibi inducunt innocentia, uirtutis uelque omnium, qui ab altero uita rationem respiciunt: atque eo magis, si id, ut antea dixi, faciunt, nullare commoti alia, nisi utilitate communi. Nam qui sibi hoc sumit, ut corrigat mores aliorum, & peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse a religione officii declinauerit? Sc. De- mosthenes quoque, i. contra Aristogitio. Quis alios, inquit, accusa- re uidebit, cum oportet integre fame esse, ne reus elaboratur, cum nihil auctoritatis ad accusationem actor adfert. Lycinus apud Athenienses cum ob eximiam uita uirtutem, uixima inter eos, qui rempubl. administrabant, dignitate praecelleret, delinquentium erat accu- sator, acerrimus in dicendo, ut refert Gemisthins, lib. 2. rer. Gre- cor. Carere debet, Cicero in Sallustium. omni uisio, qui paratus est in alium dicere: is demum non maledicit, qui non potest malum ab altero audire. Et multa esse oportet in eo, qui alterum accusat, pri- mum integritatem, & innocentiam, Sc. a. iud. Cicero. i. in Verrem, πειροσμοι φιλῶδῶς, ὁ τῶν ἐπιζῶν, μὴ παθεῖν αἰσῆς, inquit De- mosthenes, 12. proaemio, id est, Obseruare tentabo, ne, quod in aliis reprehendo, ipse patiar uel committam, similis & can. qui crimen, 6. q. 1. Consentit huic responsum, quod Deus accusantibus adu- lteram dedit: Qui uestrum sine peccato est, primus in eam iacent lapide- dem. D. Ioan. Euang. c. 8. ca. qui sine peccato, can. postulasti, ca. sacer- dos, 9. 7. Alioquin obliet merito potest Horatiana illud, Sary. 3. lib. 1. Sary. uide Ioan. Andr. in c. 1. de accusat.

Cum tua peruidens oculo mala lippus inunctis, Cur in amicorum uisus tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurium?

Cuius itaque grauata est opinio, potissimum periurio, uel alio citissime confesso, is a caussarum criminalium testimonio & ac- culatione repellitur, c. testimonium, de test. l. criminis, qui accusar. poss. C. popularis, de popul. act. in P. ut reliqui infames, can. infames, 6. q. 1. ubi qui dicant infam. uide.

Infamia t etenim non solum iuris atet accusantem: ea enim preculdubio omnium consensu reiciit: sed etiam & facti, quam et si aliqua ratiuncula excusetur: tamen inter bonos, & graues minuit bonam opinionem. l. 2. de obs. q. a. lib. & liber. pat. pres. lib. 37. P. tit. 15. Lea qua pater, C. ex quib. caus. infam. irrog. Et mi- hi persuadeo, inter bonos & graues annumerari iudices, qui uiri boni gerant officium. l. cetero, sum. erciscun. P. Et infamis dicitur, cuius opinio laesa & imminuta est inter bonos & graues. c. inquisi- tionis, §. fin. de accusatio. Existimatio quippe, est itatus dignitatis nostrae legibus & moribus comprobatus, qui ex delicto nostro,

6 auctoritate legum vel iniuratur vel confumitur. *l. cognitionum, §. existimatio, de var. & extr. cogn. P. §. Quinimo* ¶ & propter suspitionem quandam calumnie repellit postea accusatorem placuit, *l. alii propter suspensionem, de accusa. in P. can. accusatio quoque, 2. q. 7. etiam ante condemnationem calumnie, calumniator infamis non fit. Lathleas, §. calumniator, de iis, qui not. infam. in P.* Nec ignoto tamen Battolum, *in l. qui accusare, num. 7. de accusat. Baldum & Lmolam, in l. is qui reus, eod. tit.* hanc infamiam solam facti non esse sufficientem ad repulsum accusatoris dixisse: eo quod delictum non reiciatur, nisi condemnatum *l. qui accusare, eod.*

7 ¶ Verum ¶ hoc quidem intelligo, quando iudex eam ignorat, vel ut iudex ideo non reprehendatur, si ita notatum infamia facti solum admiserit. Ceterum, nū reiciatur, in arbitrio esse iudicis, *e. inquisitionis, §. fin. de accusat. & factus facturum, si reiciat huiusmodi infamiam notatum, quam si admittat, existimo, et si de eo criminis is damnatus non fit. Idque mihi æquius videtur, cum iudicia sine suspitione fieri debeant, l. apertissimi, C. de iudic. c. suspitionis, de offic. deleg. lib. 1. Decreta. tit. 2. q. 8. & suspicio rationalis dicatur, quæ si probata esset talis, legitima haberetur. ca. cum speciali, de appell. & cap. ut debitus honor, eod.* Accedit quod testis, & plus quam testis accusator est. Et proinde, saltem ut in teste, admittere debemus, iudicē inquirere debere, num sit inhonestus vel inculpatus vitæ: nam & testem infamia vitæ sola repellit, et si accusatus vel damnatus eam ob causam non fit. *l. 3. restitum, §. pen. de testibus in P. cum & eadem fere in accusationibus, ac in testibus exigamus, gl. fin. & ibi Bart. in l. qui iudicio, de accusat.*

8 ¶ Non ¶ eotamen iusticias absolutum a crimine, ideo solum, quod suspicio criminis sit, reiciendum, sententia absolutiois rite & legitimo ordine prolata, quæ trāsit in rem iudicatam: aliter enim contra iuris regulas. *l. licet, §. pen. man. cau. stabul. in P. ca. de iisdem, de accusat. l. Senatus censuit, P. eod. de eodem crimine esset bis iudicare. Nisi forsitan quis suas vel suorum prosequatur iniurias, quo casu via exceptionis potest quis crimen obicere iudicatum, l. si cui crimen, §. 1. de accusat. in P.* aliter non licet, quia absolutio rei iudicatæ, pro veritate habetur. *l. ingenium, de statu homi. lros iudicata, de regul. iur.* Quod si de crimine quis semel damnatus sit, & poenam subierit, certe de eodem crimine repeti, *l. sanctio legum, de poen. in P.* non potest accusatio, nec poena sumi iterum: cum is in pristinum rediisse dicatur statim. *l. pen. C. eod.* Verum remanet postea suspicio committendi facile similis criminis, vnde repellitur huiusmodi. *l. si cui crimen, §. iisdem criminibus, de accusa. d. l. alii, eod.* Nec M. Fidoctus Senator a M. Antonio alia de causa, ut ait Plinius, *lib. 7. cap. 11.* proscriptus est, quæ quod a L. Sylla alias fuisset proscriptus.

9 ¶ Quemadmodum ¶ probatum est propter calumnie suspitionem, inimicos ab accusatione arceri, *ca. quod suspecti, cano. ea nomina, ca. omnes, ca. accusatoribus, 3. q. 5.* in dubiis enim benigniorem sequi oportet viam, *l. interpretatione legum, de poen. P. & fatius ab initio præcauere, quam post vulneratam causam remedium querere. l. in quib. causis in integr. restit. non est neces. C. l. 1. quan. lic. sine iud. se vindic.* Intelligimus nihilominus suspitionem non leuis præsumptionis, sed argumentis probata: iuris & de iure: veluti qui aliquid commisit, in eodem genere mali suspectus, & ideo repellendus dicitur. *ut in l. 3. §. item erit querendum, vers. si autem, & §. si curator de sus. iuro. in P.* Sic uti & temel bonus in eodem genere boni, talis semper præsumitur. *l. non omnes, §. a barbaris, de re milit. in P. l. si filium, C. de liber. caus.*

10 ¶ Prohibentur ¶ eadem que que ratione, ut suspecti criminum, socii accusare socios. *l. si duo, de dolo, in P. l. si filium, C. de libe. caus.* ne quis inquit lex, *l. fin. C. de accusat.* sibi blādiatur obiectu cuiuslibet criminis, de se in questione confessus, veniam sperans propter flagitia adiuncti: vel ne propter communionem criminis, personæ superioris optet confortium: aut ne in ipsa supremorum suorum forte, inimici supplicio velis saluari, aut eripi se posse confidat studio, vel priuilegio nominati.

11 ¶ Nec ¶ creditur eius accusationi, qui moriturus crimen in alium contorquet: nisi & ipsum aliis fulciatur probationibus. *l. si quis grani, §. si quis moriens, ad S. C. Syll.* Quamuis & aliz accedant in horum reprobatione causæ, utpote, quod paticeps sceleris non sit iustus reprehensor morum, quos ipse approbavit. *l. in arnam, C. de inoff. testam.* Et sociorum criminis pro sociis non admittatur testimonium, *l. quoniam, C. de test.* quia inde consequi possunt vitiatem: culpam in alium transferendo, ut ipsi liberentur. Et sic in propria causa dicerent testimonium, quod prohibitum est. *l. omnibus, eo l. nullus, eod. in P. ca. si testes omnibus, 4. q. 3. c. nullus,*

in l. §. 2. q. 4. Propria causa dicitur, ex qua quis emolumentum vel damnum consequi potest. l. 1. §. in propria, quan. appellan. fit. Excipio tamen casus, in quibus receptum ob immanitatem criminum torqueri reos in caput sociorum: veluti si de latronibus, de rege agatur, *l. diuus Adrianus, de custod. reor. potissimum* Iustitici, *l. provinciarum, de feris, C. de falla moneta, l. 1. C. de fals. monet. de maleficis, l. fin. C. de mathem. de criminibus seruatorum, l. fin. ad exhib. in P. & similia. ¶ Suspicio ¶ etiam corruptionis reicitur pauperes in iure ab accusatione, *l. nonnulli, de accus. in P. can. prohibentur, 2. q. 1.* si non habeat 50 aureos in bonis, vel centum, §. sed nostra, de success. libertis. Cogit enim paupertas ad illicita & immania, ut etiam audeat ideo patere vendere proprium filium. *l. 2. de patr. qui fil. dist. Et Horarius, lib. 3. Oda.**

Magnum pauperis opprobrium, iubet Quibus & facere & pati, Virtutisq. viam deseru ardua.

Et Martial, lib. 11.

--- O quantum cogit egestas!

¶ Verum ¶ hodie cum probitas hominū non ex pecuniis pendat, si ea & fides in paupere eluceant, bonus iudex non ideo contemnet accusationem: sic enim & iura distinguunt. *l. nec ei, §. 1. de adop. P. §. fin. de sus. tutor.* Eritque in arbitrio iudicis, de fidei quietate patrimonii pro paupertate conuincenda. *gl. fin. in auth. præterea, C. unde vir & vxor. per leg. tam demeritis, C. de episc. audien.* ¶ Huc ¶ pertinet suspicio illa turpis lucri captandi in eo, qui cum ditos accusauerit, adhuc tertium accusare desiderat: ideo repulsum ab accusatione, *l. hos accusare, §. lege Julia, de accusa. in P. l. cum rationibus, C. eod.* nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam. *l. ibi tamen, de accusa. in P.*

De prohibitione accusandi ob Sexum.

CAP. 13.

- 1 *Mulier quare non potest accusare regulariter, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam, §. 4.*
- 2 *Mulier aut odit, aut amat, non datur medium.*
- 3 *Varia est. Non indicat: nec postulat. eod.*
- 4 *Caia Afrania caussidica impudica.*
- 5 *Senaculum mulierum inductum, postea sublatum.*
- 6 *Falsas tabulas cur mulieres accusare possint testamenti.*
- 7 *Mulieres de amona quare accusant.*
- 8 *Mulier in certis criminibus potest denunciare: non accusare.*
- 9 *Malefantis crimen quomodo mulieres obicere possunt.*
- 10 *Suspectum tutorem quando mulier, & qua accusare possit.*
- 11 *Sexus distinctio in quibus facienda.*
- 12 *Adulterum quomodo obicitur marito vxor.*

Mulier, ¶ que nec suam, nec suorum prosequatur iniuriam, ab accusandi officio arcentur. *l. 1. §. 2. l. qui accusare, l. si de accus. in P. l. de crimine, C. qui accus. non poss. l. Senatus consulte, eo. tit. ca. de crimine, 15. q. 3.* Siquidem iure reiciuntur ab accusatione, qui affectione aliqua amicitiz, vel odii laborant. *ca. repelluntur, de accus. c. canonica, cap. quia suspecti, c. omnes, 3. q. 5.* Nec accusatio vnquam, ut ait Philo Iudæus, *lib. in Flaccum,* tam est molesta, quam cum ex professo inimicis committitur: imminet enim tunc periculum calumnie, qui reicit accusatorem. *l. alii propter, de accusa.* Ceterum mulier aut amat aut odit, nihil datur tertium, ut ait Mimercus, Et modus mulieris nullus est, teste Plauto *in Penulo.* Extrema tantum sequitur, eaque percipide, ut neque ob ea liberis propriis parcat, ut tragici nos monent exemplo Medæ, ut Libanius, *in declamatione Medæ,* & aliarum, & Iustinianus quoque, *l. lex qua tutores, C. de administ. iuro. & a nimio amore facile in odium implacabile & calumnias transeunt, ut illa Putipharis principis eunuchorum Pharaonis facti docuit, Genes. ca. 39.* quæ contenta merito a Iosepho, in eum sæuissimam calumniam meditata est.

¶ Dehinc ¶ accusatorem fixum verumque semper esse oportet, ut scribit Cicero *1. in Verrem,* nec variantem vel desistentem ab instituta accusatione, *l. 1. §. 1. & §. accusatorem, ad S. C. Turpil.* ut ab is existit testimonium, quorum fides non vacillat. *l. 3. de testib. in P.* Porro mulierum natura varia, & mutabilis. *ca. forum, de verb. sign.* Et Diuus Ambrosius mulierem a mollitie, & mentis mutabilitate dictam arbitratur: sicuti virum a virtute. *ca. quod proposuisti, 3. 2. question. 7.* Diocletianus & Maximianus quoque vocant voluntates mulierum momentaneas, *in leg. filia in orbicare, C. de inoffic. testam.* Ideo & hoc præcipit inconsiderate

& scintilla exemplum atrox refert sub Tiberio: reus pater Q. Verus Serenus, acculator filius, et si de crimine maiestatis ageretur.

¶ Verum tamen non eadem seruantur in patre erga filium: imo pater si velit, potest accusare filium, vt contumacem, vt insidiantem sibi, si pietas & ratio naturalis animi sui non reuocat intentionem. *l. propter insidias, C. qui accus. non poss.* Extat & Alexandri Cæsaris rescriptum, in *l. 3. de pat. pot. C.* quo pater iure proprio, scilicet potestatis, potest castigare filium, & contumacem offerre præfidi prouinciae, dictur o sententiam, quam ipse pater voluerit. Id ipsum que statuerunt Valerianus & Galienus, *l. congruentius, de patr. pot. C.* Sic Vlpianus, *l. nec quicquam, §. de plano, de offic. proconf. Et leg. in P. De plano, inquit, proconf. expedire debet, vt parentibus & patronis obsequium reddatur: comminari etiam & terrere filium a patre oblatum, qui non ut oportet conuersari dicitur.*

¶ Iudicis autem officium, in istis paternis delationibus est, siue crimen in se commissum deferant, siue in alios, mitius quam rigor iuris postulet, animaduertere: ne pater ad supplicium videatur filium detulisse, & ita carnificis officio functus. *l. milites agrum, 13. §. si. de re mil. alioquin capite puniendus. l. non omnes, §. de fertor, eod. tit. P.* Exemplum celebre iudicii Artaxerxis regis Persarum: cum enim Mardus quidam genere, nomine Rhacones haberet filium contumacem, & monita sapientiae aspernantem Carto mem comprehensum manibus in terga reuinctis ad iudices adduxit, ibique quæcunque vnquam per audaciam deliquisset cum accusatione commemorauit, & a iudicibus postulat, vt ad mortem raperent. At illi consternati animis, suis sententiis condemnare noluerunt, sed vtrumque ad regem Persarum Artaxerxem adduxerunt. Is autem constanter instante patre ad olefcentem presenti culpa liberauit, grauissimam mortem interminatus, si præter antecedentia peccata in posterum simili in crimine deprehensus fuisset. Et Rhaconem, qui tam seueriter & incorrupte de liberis sententiam dixisset, collaudatum, in collegium regiorum iudicum cooptauit, teste Eliano, *lib. 1. de var. histor. c. fin.* Accusauit de crimine Saul filium Ionatham, & morte damnauit, sed eripuit eum populus. *1. Regum.* Sicut & Silenci filium populus a pena adulterii, quam inferri iusserat pater. *Val. Max. lib. 6. ca. 5.*

¶ Lex ÷ diuina tamen iubet relapsum delicta in ipsum patrem commissa seuerius vindicari, cuius hæc verba. *Deut. c. 2. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris vel matris imperium, & coactus obedire contempsit, apprehendat eum & ducat ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicii, dicentique ad eos: filius iste noster proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comensationibus vacat & luxurie atque conuiuio: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, ut auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat.*

De prohibita libertis patronorum, & seruis dominorum accusatione.

CAP. 17.

1. *Liberti patronos accusare nequeunt. Nec contra patroni libertos.*

Serui accusare dominos non possunt: at de iniuria illorum nimia recte conquerentur. eod.

Maiestatis crimen a seruis & libertis dominis & patronis obici potest. Sed non facile, nec nisi cum aliis concurrentibus. eodem.

Et num. 2.

2. *Seruorum dominos accusantium pena.*

¶ Neque ÷ etiam liberti patronos accusare possunt, *l. qui accusare, in fine, de accus. P. l. fin. C. qui accus. non poss.* Libertorum, *C. de testib.* licet tamen eis de eorum nimia scintilla conqueri apud præfectum vrbis: vt & seruis aduersus dominos. *l. 1. §. seruos, & §. quod autem dictum, de offic. præf. vrba. P.* Nec id etiam præses contemnit, nec tam fauore seruorum, quantum dominorum, quorum interest, ne auxilium contra suam scintillam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuste deprecantur. *l. 2. de iis, qui sunt sui vel alien. iur. P. §. pen. eod. tit. apud Iustin.* Et quamuis sciam libertum posse de crimine læsæ maiestatis patronos impune accusare, & seruos dominos, *l. pen. de iis qui accus. non poss. l. qui cum natu maior, §. si libertus, de bon. liberto.* tamen in aliis certum habeo repudiari: veluti & accusationem de crimine grauem patroni in libertum, imminente alioquin pena patrono vt priuetur hereditate liberti. *d. l. qui cum, l. cum patronum, de iure patronat.*

¶ In ÷ seruis accusationem erga dominos etiam criminis maiestatis raro, & nisi cum aliis probationibus admittendam probat. Landoque iudicium præsum: cum enim Cneus Domitius tribunus plebis M. Scaturum, & L. Crassum Cn. Carbonem accusarent, ad eosque serui reorum venissent, totam multis & grauib. instructuri dominorum criminibus accusationem, non admiserunt iudices, sed vinctos, vt ii pro imperio suo vindicarent, ad dominos remiserunt. *Valer. Max. lib. 6. c. 5.* Et Sylla, crudelissimus alioquin, cum præmii loco seruis, qui scriptos a se occidissent, vel indicassent, libertatem edicto proposuisset: seruum tamen Sulpitii Rufi tribunus pleb. quia dominum detexisset & prodidisset, ipse quidem manumissit, sed præcipitari protinus & saxo Tarpeio cum illo suo pileo sceleris & parricidio parco, voluit, iussit. *Plutarch. in Sylla.* Brutus atque Caii Crassi traheret imperium, potius Patariensibus edixit, vt omnes omnino ciues, quicquid in vrbe auri argentei facti aut infecti possiderent, id ad se in medium adferrent: in eos statuo vltimo supplicio, qui celassent, præmio contra iis, qui detulissent. Porro cum seruus quidam dominum indicasset, inuentaque fuisset apud eum pecunia, seruum constanter dominum accusantem, cum mater domini in se crimen transferebat, laqueo suspendit, & matris pietate motus & filium & matrem absoluit, & pecunia donauit, vt auctor Appia. *Alexand. in 4. bello. ciuili.* Claudius Imperator edixit, ne quis auxilium ferret eis, qui contra dominos vel patronos quid deferrent: qui detulisset, eum ius alios accusandi amissurum. *Dion. Cas. lib. 60. histor.* Atq; primo quinquennio Neronis, nec Carinas Celet Senator, nec Iul. Denus equestris, cui fauor in Britannicum crimini dabatur, inter reos, seruis accusantibus recepti sunt. *Cornel. Tac. lib. 13. histo.* Meminit Suidas, in *Casio*, Caium Imperatorem, seruorum dominatum instituisse, lege lata, vt iis dominos accusare liceret, si quod eorum peccatum vidissent: verum inde ignem & calamitatem orbem terrarum oppressisse, cum serui maximis potius dominos subicerent. Miserum namq; est, pro caneleonem & viperam domi nutrire, & intra penates, vbi asylum ab iniuriis inimicorum tutissimum est, a propriis seruis, quos fidos putamus, obseruari & inuadi. *l. ad senat. Syllania.*

De aliis qui accusare non possunt.

CAP. 18.

1. *Accusatoribus pluribus existensibus qui potius eligendi. Accusare qui possunt remissius. eod.*

2. *Accusare non potest qui desinit, qui ve præuicatus est.*

3. *Prætorum Quæstor eius non accusabat. Collegam officii nemo accusat iuste. eod.*

4. *Accusare non possunt inimici.*

5. *Laici clericos non accusant, nec clerici clericos maioris ordinis quando.*

¶ Et iuncturæ & aliæ personæ ab accusatione, aliis de causis, de quibus videndus Hostiensis in sum. tit. de accusatio. glo. in l. qui accusare, eod. tit. in P. & gl. in c. 1. de accus. Et quando plures etiam se offerunt accusatores idonei, non omnes ad accusationem admittuntur, sed iudex eligere debet eum, qui accuset, causa cogita, æstimate accusatorum personis, vel de dignitate vel ex eo, quod interest, vel etate, vel moribus, vel alia iusta de causa. *P. l. in l. si plures, de accus. P.* In quibus causis serui possunt accusare docet glo. in l. accusare, §. omnibus, in verb. rei. de accusatio. P. ¶ Qui ÷ desinit ab accusatione, amplius etiam agere vel accusare prohibetur, *l. qui desinit, 2. ad S. C. Tertull. P. l. 2. §. 1. ad leg. Jul. de adult. in P. l. accusatione, qui accusa, non poss. licet & qui semel præuicatus fuit. l. accusat. de præuic. in P. ¶ In ÷ controuersia de Tito Albucio reo accusando, inter Caium Iulium, & Cn. Pompeium Strabonem, placuit Pompeium admitti non debere: quia existente Albucio prætoris, ei Pöpeius fuisset quæstor: & quæstor suo prætorem parentis loco esse. Neque iustorem vllam aut grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quam coniunctionem fortis, quam prouinciae, quam officii, quam publicam muneris societatem. Ideoque L. Philoni in C. Seruiliam, neque Aurelio Scantio in L. Flaccum nominis deferendi potestas data fuit: ne libido violandæ necessitudinis auctoritate iudicium comprobaretur. hæc Cicero in *Diuinat.**

¶ Proculdubio non accusant inimici, vel inimicorum familia. *4. res. ca. repellat. 7. & ca. meminimus, 13. de accus. cum similib. plurib. inibi per gl. not.*

¶ Neq; clericos accusant laici, *c. c. P. Manonella, c. 10. de accus. §. in fine.*

si quis... nec clerici laicos... plebeios deferunt suos... Quod ad honestatem referendum est...

Qui accusari possunt. Cap. 19.

- 1 Accusari qui possunt. Et nam etiam, vel Sexus impunitatem... 2 Magistratus maiores quando accusari prohibentur... 4 Accusari non possunt quibus dispensatum, semel absolutus...

Regula in uniuersum constituta de iis, qui accusari possunt... Regula in uniuersum constituta de iis, qui accusari possunt...

cum Sextum Marium coram Druso praefecto urbis reum postu- lasset, in exilium actus est, Corn. Tacit. lib. 4. Annal. ¶ Non t accu- santur, nisi suam prosequantur iniuriam...

De Accusatorum Delictis, & primum de Calu- mniatoribus. Cap. 20.

Lib. 9. C. tit. 4. 6. Lib. 5. Decret. tit. 2.

- 1 Accusatorum temeritas tribus modis detegitur & punitur. 2 Calumniari quid. 3 Calumniaria pena & submissi accusatores... 4 Calumniam accusatoris mens facit, vel excusat. 5 Calumniari etiam videntur, in aliis quam criminibus non praebantes...

Accusatorum temeritas, ut ait Marcellus, in l. 1. ad SC. Turpil. ¶ Calumniari, est falsa crimina intendere... Calumniatorum diuersarum nationum diuersa pena. Et nota me. 14.

6 reus, & crimen examinare, c. 1. § 2. eo. ¶ Neque etiam licebat accu- lar e diebus feriarum Latinarum. Quare Calphurnius Saluanus



verum si non patiuntur eam pœnam, qua publici iudicii vel status accusatores falso puniuntur, *l. qui calumniatores, C. de calumniat.* sed aliam pœnam arbitrariam, quam pro calumnia & in priuatis, vt in publicis iudiciis iudex infligit, *l. & in priuatis, l. si quis stellationarius, ad S. C. Turp. P.* si actum sit criminaliter, *l. si de furt. P.*

¶ Pœna t̄ quippe grauis calumniatis imponitur, ne impune ferant licentiam mentiendi. Et ideo eorum vindictam diximus supra, similitudinem supplicii reposcere, *l. non prius, 7. & l. si de calumnia, C. l. si. C. de accusa. & nos sup. ca. 2. 2. q. 3. l. & in priuatis, 3. ad S. C. Turpil. P.* quando scilicet cum proportionem sumi potest pœna. Diximus de pœna talionis proprio capite antea in pœnis, *sup. lib. 3. ca. 10. & hanc iura quoque pontificia probare in his, qui accusata non probant, c. qui calumniam, & seq. 5. q. 6.* ¶ Extraordinaria t̄ tamen pœna iure pontificio imposita, vt clericus calumniator priuatur officio, & verberatus publice in exsilium mittatur, *c. 1. de calum.* vtq; suspectus calumniam intulisse, in probatione obiectorum post accusationem criminum deficiens ab officio & beneficio suspendatur, si clericus sit, donec innocentiam suam purget, *ca. 2. eod.* Sicuti & qui contra electionem factā conquestus deulerit aliquod crimen electo, & non probauerit, a beneficiis ecclesiasticis per triennium suspendatur: nisi a calumnie vitio causa probabili se exemerit, *c. 1. §. adiciendum, §. qui vero, de elect. in 6. lib. 1.*

¶ Lex t̄ Memmia contra calumniatores inuenta, vt ait Cicero, pro Sexio Roscio, ne liceret iudicio, legibus ac maiestate populi abuti, ad questum & libidinem: & ita accusare vel id obicere, quod planum facere non modo nō possit, verum ne coneris quidem. Marcellus Iurisconsultus, *l. 1. §. calumniatoribus, ad S. C. Turpil. vocat hanc legem Rhemiam.* ¶ Demosthenes, contra Aristogito, in calumniatores cito & seuerè animadvertendum esse pulchra similitudine admonet. *Neminem fortasse vestrum, inquit, unquam serpens momordit, aut araneus, & absit ut vnquam mordeat: sed tamen eas animantes, ut videritis statim occiditis. Adeundem igitur modum, Athenienses, etiam cum calumniatorem & acerbum & natura serpentina pradium hominem videritis, ne dum vestrum singulos mordeat expectatis, sed primus quisque, qui in eum incidit, viciatur.* Et paulo ante dixerat, vsque ad radices esse penitus extirpandum ex republica hoc genus hominum calumniatorum, veluti hostium natura & genere bonorum. ¶ Solent t̄ iudices vel calumniis eodem iudicio absolutionis rei damnare, vel iudicium eadem sententia reo referuare: aliter enim non calumniatus videretur accusator, nec de calumnia in eum agi posse placuit, *l. 1. C. de calum. l. 1. §. sed non vtrique, ad S. C. Turpil. in P.* ¶ Rationes t̄ puniendarum calumniarum faciles sunt, & fere similes illis, quib. pœnas constituitur diximus in delinquentes, & ideo illa potior, vt innocentia inter improbas tuta sit, & calumniarum audacia compescatur, *c. facta sunt autem leges, 4. distinet. vt impium visum est innocentem prosequi, & ad pœnam postulare, ca. si non licet, 23. q. 5. D. August. lib. 1. de ciuit. Dei, c. 17. c. non frustra, 23. q. 5. Atq; vt ceteri simili pœna perterriti ad accusandum facile non profliant, c. 2. de calum. l. si cui crimen, de accus. P. arg. §. famosis, l. capitalium, de pœn. P.* Neque scrupulosus inquirendum puto in hac quaestione, cur diuersæ pœnæ calumniatoribus ex more diuerso regionū constitutæ sunt, vel variæ in diuersis iuris capitibus. ¶ Eo t̄ quod annotatum iam existimem, omnes pœnas imponi, adhibita ratione personarum, & qualitatis earum, *l. aut factu, §. personam cum similibi nota, de pœn. P.* Et proinde etiam in calumnie pœna personam accusati & calumnie, addere peritales diuersas. Et magis puniuntur is qui sacratam personam, quam qui quemlibet alium calumniatus sit, *ca. 1. de calumnia. c. omne, 22. q. 1.* Et qui per similitudinem supplicii luere calumniam non potest vna pœna, pluribus pœnis ad æqualitatem Geometricam talionis castigatur: veluti æstimatione facta dignitatis, *ca. 1. §. fin. & ibi Felin. & Panor. de calum. §. pœna autem, de insur.* ¶ Et t̄ hinc factum est, vt quia dignitatis & criminum apud diuersas nationes est diuersa æstimatio, ita & pœnæ talionis & reparationis diuersæ sint. Fidem facit lex Salica, in *lego Salica, tit. 21. de eo qui hominem innocentem accusauerit, §. 1. & 2. de calumniatoribus*, quæ sic statuit. *Qui hominem absentem apud regem accusauerit, Malberg, seu Laudouenas 2500. denar. qui faciunt solidos 62. cum dimidio, culpabilis indicetur: si vero ei tale crimen impulerit, ex quo mori debuisset, si verum fuisset, ipse qui accusauerit 8000. denariorum qui faciunt quingentos solidos, culpabilis indicetur.* Lex antiqua Wisigothorum statuit talionem, vt qui accusauit innocentem, pœnam & damna suscipiat, quæ debuit pati accusatus, si de crimine fuisset conuictus, *l. 5. de iudicib. furti, lib. 7. C. Wisigothorum, tit. 1.*

¶ Ex lege Charundæ, in calumnia deprehensi, myrtho coronati circumuectari per urbem solebant, peruulgato supplicii probro, veluti flagitiosissimo flagitii genere cōdemnati, vt refert Dioscorus Siculus, *lib. 12. Biblio.* Cum Iulius Cæsar puniret seditionem iuxta Placentiam ab exercitu suo commotam, & inter sediciosos aliquis, qui nihil peccasset, ductus ad eum fuisset, Cæsar ductorem, quod illum accusasset, eius loco interfici mandauit, *Appian. Alex. lib. 2. de bell. ciuili.* ¶ Sed t̄ & delatores, qui clam crimina deferunt, quamuis subscribere se denuntiationi non teneantur, *c. super his, & ca. licet, de accusatio. Lea quidem, eo. C.* tamen impune non ferunt quod ita detrahant bonæ famæ proximi, sed puniuntur, *Psalm. 14. ca. qui in alterius famam, & ca. quidam maligni, 5. q. 1. c. nimium, 23. q. 4.* fiuntque infames, *ca. deteriores, 6. q. 1. & verberibus castigantur, officio & beneficio si habeant priuati, ca. quia iuxta, 5. q. 6.* Et vt falsi testes, vincti & obnoxii, ab omni communionem Christiana extorres, *ca. Epiphanium, & c. pen. & si. 5. q. 6.* Et ex decreto Adriani Pape delatori aut lingua capuleretur, aut caput amputeretur, *ca. delatori, 5. q. 6.* Adungi & possunt pœnæ, quæ in maledicos statuta sunt, *l. 1. de famo. libel. C.* Et Vlpianus respondit, *l. item apud Labonem, 1. §. si quis libello, de iniur. P. l. lex Corn. §. fin. & l. seq. eo. tit.* si quis libello dato vel principi vel alicui famam alienam infectus fuerit, iniuriarum actione esse agendum ex sententia Papiniani. Et expresse clericus, qui defecit in probatione criminis denuntiat, ab officio & beneficio suspenditur, donec purgauerit suam innocentiam, sē non calumniandi animo proposuisse, vt ceteri hac pœna perterriti facile ad infamiam suorum non proflant prælatorum, *c. 2. de calum.*

De Præuaticatione. Cap. 21.

Lib. 47. P. tit. 45.

1 Præuaticari, & præuaticator quid.

2 Præuaticantium actuum, & reorum pœna.

Præuaticari, t̄ est vera crimina abscondere, *l. 1. ad S. C. Turpil. lib. 48. P. tit. 16.* Et, præuaticator, inquit Vlpianus, quasi variator, qui diuersam partem adiuvat, prodita causa. Quod nomen Labeo a varia certatione iracundiam autem qui præuaticatur, ex utraque parte consistit, quinimo ex aduersa, *Vlp. in l. labietas, 4. §. item præuaticator, de iis qui not. in sa. in P.* Et iterum, præuaticatores eos appellamus, qui cassam aduersariis donant, & ex parte alterius in partem rei contendunt, *Vlp. in l. præuaticatores, 21. de verb. sign. P. l. 1. ad præuaticat. in P.* Proprie autem præuaticator dicitur, qui publico iudicio accusauerit, & in alteram partem declinat. Est & præuaticator, sed minus proprie, nec eadem pœna qua superior puniendus, aduocatus, qui in priuato iudicio in alteram partem, quam est, quam prius defendendam suscepit, transiit, extra ordinem puniendus, *d. l. 1. §. 3. §. fin. eod.* Cicero, in Partitio, præuaticationis nomen ait eum significare, qui in contrariis causis, quasi variè esse positus videatur. Et contrarium nomen præuaticationis vero accusatori, vt pote corruptum pecunia accusatorem, & colludentem cum aduersario significans. Ita & alibi, *idem, de Arusp. resp. Cloelius a Cassina pecuniam accepit, vt turpissime præuaticaretur.* Latius Marcellus, in *l. 1. §. præuaticatorem esse, ad S. C. Turp. præuaticatorem eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, & irascitur munere accusandi defungitur: eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero admitteret.* Quintilianus, in *7. vt in præuaticationum, inquit, criminibus, vt absoluitur reus, aut innocentia ipsius sit, aut interueniente aliqua potestate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuaticatione: nocentem fuisse confiteris, nulla potestas obstitit, nulla vis, corruptum iudicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit. Quid superest, nisi vt præuaticatio fuerit? Cicero quoque, & in reum & in accusatorem cadere posse innuit, dum ait, in Partitio, præuaticationem definiti nunc ab accusatore, nunc a reo corruptelam esse iudicii. ¶ Pœna t̄ præuaticationis, vt qui præuaticantur, eadem pœna efficiantur, qua tenerentur si ipsi in legem commississent, qua reus propter præuaticationem absolutus est, *Paul. l. pen. de præuar. in P.* At is qui delatorem corruptit, ex senatusconsulto Turpilliano pro conuicto habetur, *Vlp. l. si. eo. nisi palam fiat ab innocente extortam fuisse pecuniam, nempe redimendæ vexationis causa, d. l. fin. l. si ab eo, §. de calum. P. l. ferui, de adul. l. transfere, C. de transac. vel nisi reus criminis mortem inferentis fuerit postulatus, cui parcitur qui existimauit bonum quomodocunq; sanguinem seu vitam suam redimere, l. 1. 2. de bo. eor. qui mor. sibi conf. d. l. transfere.* Hodie tamen, inquit Vlpianus, præuaticationis pœna est extraordinaria pro modo admissi, *Vlp. l. 2. de præuar. f. altem in familia, secundum Marcell.**

l. si.

crimine, in patria oppugnata, vel prodita, peculatus, sacramento-
rum desertione, d. l. fin. §. si de abol. ¶ Hæc abolitio commo-
dum illud reo adfert, vt communi iure ab eo, qui ita per eam desistit, ac-
cusari non possit, l. qui desistit, ad Turpil. P. l. accusationem, C. qui
accus. non poss. nisi impetrauerit a principe abolitionem abolitionis
intra triginta dies, a die prioris abolitionis computandos, l. i.
C. de abolit. Attamen reus ab accusatore per abolitionem hanc liber-
atus, poterit ab alio accusari de eo crimine, si secundus ostendat
priorem accusatorem colluisse cum reo, & præuicasse, l. si
quis homicidii crimen, de accus. C. ca. fin. de collus. deteg. quia & iu-
dex ex officio tunc inquirere potest, l. i. §. 2. eod. l. abolitio, C. de abo-
lit. Repetere & quis potest abolitus hoc modo accusationes, si
suas vel suorum prolequatur iniurias, l. si cui crimen, §. si idem crimi-
nibus, de accus. in P. dum modo iam antea delatus ex temeritate sit,
non alias, l. licet tamen, §. si eo. P.

7 ¶ Item abolitio criminis priuata fit, moriente accusatore, vel
alia causa simili impediente quominus accusare possit, l. aut pri-
uatum, 10. ad S. C. Turpil. Et hæc petitur a reo, postquam quoque
intra triginta dies uiles, alii licet repetere accusationem, l. 3. §. fin.
de accus. in P. l. pen. de pub. iudi. in P. Item si libelli inscriptionum
accusatoris legitime ordinari non fuerint, rei nomen aboletur, &
ex integro repetendi potestas fiet, Paul. in l. 3. §. quod si libelli de ac-
cus. in P. ¶ Ex parte rei contingit priuata abolitio tot fere modis,

9 quor extinguitur pœna criminis: ueluti pœna temporali, quæ de-
scendit ex sententia, Pap. l. fratres, 33. de pœn. in P. ¶ Quæ quoque & abo-
litio videtur differre a restitutione in integrum eorum, qui sen-
tentiam passi sunt, quæ restituit pœnam iudicatam & nondum
subitam, vel nõdum perfecte impletam, cum bonis & iuribus rei,
quibus per sententiam erat priuatus, l. fin. de sen. pass. & resti. C. Fit
autem liberatio hæc proposita accusationis, pœna impleri: ueluti
ex soluto debito. Et solutione actus tollitur obligatio, §. i. quib. mo-
d. toll. obli. Delinquendo autem quis se obligat ad pœnam lege, com-
mittendo in prohibitionem, l. obligamur aut re. de obi. Et proinde
lucione pœnæ ab accusatione, quæ ad pœnam poposcit, liber reus

10 est. ¶ Liberatur quoque ab accusatione quæ pœnam reposcit,
qui moritur in reatu: & ita pœna, quæ ad castigationem inferitur, l.
si pœna, de pœn. in P. euanciscit, non existente qui eam patiatur, l.
aut priuatum, 10. §. l. in senatusconsultum, §. si propter mortem, ad S.
C. Turpil. in P. & lege dicitur facta abolitio. Non secus, ac lege in-
anis est actio, quam inopia debitoris excludit, l. namis nullam, de
dol. P. Et antea sæpe diximus crimen morte, l. 3. §. fin. de accus. P. l.
defuncto. de public. iud. l. i. §. 2. si reus vel accus. mori fuer. paucis ex-
ceptis, extinguitur, quæ enumerat gl. in d. l. si reus, &c. De hinc & præ-
scriptione aut tempore summouetur reo accusator; qui nec ca-
lumniam notatur, si præscriptione excludatur, l. quæ reatur, 11. ad S.
C. Turpil. vt si quinquennium a die adulterii commissi lapsum sit,
l. mariti lenocinium, §. hoc quinquennium, §. §. quinquennium, ad l.
Iul. de adulter. in P. l. adulter, C. eo. si maritus intra sexaginta dies nõ
egerit, non possit postea iure mariti accusare, l. si maritus, in 2. §. si
negauerit, eo. in P. Et generaliter abolerunt præscriptione accu-
sationum institutiones per lapsam uiginti annorum, l. quæ reatur, ad l.
Corn. de fals. c. cum venerabilis, §. intelleximus, de except. vt & decla-
rauitur initio, dum ageremus de tempore delictis considerando,
sup. lib. 30. cap. 7. Per abolitionem etiam specialem seu priuatam
crimini indulgam, abolita censetur accusatio, quæ eam naturam
sibi arr. gat, dum fit gratia delicti, vel per indulgentiam, vel resti-
tutione a principe facta. ¶ De gratia delicti tractamus in crimine

11 homicidii. Indulgentia a principe concessa perimit pœnam, non
infamiam, l. fin. C. de gener. abolit. l. cum indulgentia, 10. l. generalis, 7.
de senen. pass. lib. 9. C. inu. §. 1. ad tempus, C. de iis qui no. in su. quia fa-
mam non restituit, nec bona, nisi specialiter dictum sit, l. 2. de sen-
en. pass. C. neque actiones quæ ante competebar, l. si ademptis, C.
eodem. non obligationes quibus vinciebatur, l. tutor filiorum,
eod. non patriam potestatem, l. indulgentia, de generalis abolit. C.
Quæ omnia tamen restituit restitatio in integrum, quia reddit
sententiam passio pristinum statum, quem ante sententiam con-
demnationis habebat, l. i. eod.

12 ¶ Abolitio ¶ alia est generalis, quæ remittit crimina vel abro-
gat accusationem eorundem ad tempus, vel ia perpetuum. Oblitio
seu obliteratio delictorum sæpe data multis peccantibus, vt
ad meliorem frugem redirent, & tranquillitas in sibi metuētibus
& cita rebellantibus pararetur. Hæc abolitio amnestia seu oblitio
iniuriarũ dicta est: cuius lex lata olim Athenis pulsus triginta tyrā-
nis, vt seditionibus diffusi homines in amicitiam redirent, vt scri-
bunt Iustinus, in 5. Plutarchus, in Polit. Eandem post mortem

Iulii Cæsaris suasis Cicero pro seclatoribus Bruti & Cassii, pro dis-
cordiarum obliuione, teste Appiano Alexandrino, lib. 2. belli Ci-
uil. & Velleio Pater. lib. post. bistor. Rom. Et Flautius Vopiscus tra-
dit, in Aurelia. sub Aureliano amnestiam publicorum delictor-
um decretam fuisse exemplo Atheniensium. Sic & Herodianus,
in 3. refert, impunitatem datam a Seuero Cæsar. militibus, quid
barbaros transfugerant. Eamque amnestiam in Gallia uicinus
sæpe nostris temporibus infelicibus ob crebras rebelliones &
religionis prætextu seditiones, sæpius forsitan quam expedire vi-
deatur quibusdam repetitam: neque tamen ideo meliores, sed
audaciores indulgentia euasisse. Fuerunt & alie causæ abolitio-
nis generalis vel publicæ, vt ob diem insignem, ob publicam gra-
tulationem, vel ob rem prospere gestam, l. abolitio, §. ad sena. Tur-
pilia, ob læticiam aliquam, honorem domus diuine, vel alia ex
causa, Vipsian. in l. si interueniente, 12. ad senatus. Turpilia. ¶ Post
abolitionem hanc publicam, quæ suspendit potius accusatio-
nem, quam genus certum remittit delicti, repeti potest accusatio,
vt finitis feriis, ob quas indulgetur ab accusatore primo vel alio,
intra triginta dies a finita abolitione, l. aut priuatum, §. fin. & l. si in-
terueniente, eod. P. l. i. C. de gener. abolit. Quod in priuata abolitio-
ne diuersum est, l. mulier, §. fin. ad senatus. Turpil. P. nisi expresse per-
mittatur repetitio a principe, l. i. de abolit. C. Refertur autem abo-
litio generalis hæc ad accusationes iam institutas, non autem ad
eas, quæ post abolitionem fiunt, l. 2. de gener. abolit. C. Ideo Cati-
liana de vi damnato, & hoste cum Manlio iudicato, ceteræ multi-
tudini, quæ cum secuta erat, parcens senatus diem statuit, ante-
quam sine fraude liceret ab armis discedere, citra condemnatos
rerum capitalium, Dion Cass. lib. 37.

¶ Neque ¶ etiam abolitio remittit lucrum, quod delinquens
ex delicto commissio & abolito consecutus est, si id ex pecunia pub-
blica constatum sit: ueluti quando rata facta sunt, quæ a Sylla di-
ctatore & eius iussu facta fuerunt crudeliter erga necem profici-
ptorum. Tamen horrendis criminibus non retractatis a Catone
Vticensi, Plutar. in Caro. Vticen. quæstore in ius vocati rei sunt, &
pecunia publica repetita, quæ apud eos esset, prodicione & par-
ticipio acquisita.

De Iudicio Criminum, & Differentiis inter ci-
uilia & criminalia iudicia.
Cap. 24.

- 1 Iudiciorum ciuiliu & criminalium differentia, & seq.
- 2 Crimina cur esse impunita non debeant. eod.
- 3 Iudicia criminalia prius fuerunt quam ciuilia.
- 4 Procuratores in causis criminalibus ad agendum, vel defenden-
dum non admittuntur: in ciuilibus contra. Et 4. & 13.
- 5 Rei criminum ex proprio ore respondere, & examinari debent su-
per crimina.
- 6 Anacrisis quomodo fiebat, & facienda sit.
- 7 Reus pari favore, ac accusator audiendus a iudice in defensionibus,
& quomodo audiebantur. 6. 7. & 8.
- 8 Aduocati & oratores ubi probati.
- 9 Inuidius damnari non debet.
- 10 Absentium reorum quæ sint pœna.
- 11 Annotationes bonorum absentium reorum quomodo, & quan-
do fiant.
- 12 Accusans alterius in iudicio puniendus.
- 13 Procuratores qui dicuntur.
- 14 Procurator in reus suam quomodo dicatur.
- 15 Appellare quare liceat vnicuique, pro reo condemnato.
- 16 Appellationis introducenda ratio.
- 17 Causæ conuictas si sit ut vnus ex reis persequi alius possit.
- 18 Tutor mortem defuncti patris pupillis tenetur accusare.
- 19 Domini agere possunt pro seruis, & illos defendere, quare,
- 20 Procurator in criminibus priuatis, non publicis accedit: & quare
ita varie.
Nobiles quomodo, & quare a iudiciis criminum reiecti, 10.
dem.
Iphicratis factum ad obtinendam criminis absolutionem, 10.
dem.
Inuicem actio quomodo prosequenda. eod.
- 21 Patronus per procuratorem quare possit ingratus in accusare lib-
berium.
- 22 Populica actio quare ageudo, & non defendendo admittit procur-
ratorem.

ueniens eod. tit. ca. reos, 23. q. 5. ca. cum dicitur, de donat. pro excusan- da dilacione veniendi, vt si infirmitate detineatur, qua impeditur reus iudicio interesse, mittit nuntium vt se excuset, c. querelam, de procurat. prefato ab eo de veritate dicenda prius sacramento. Vo- cantur curia Excoine. Melius tamen Excoine, ac verbo Excoine, id est, iureiurando excusare iudici, dum is qui adesse debebat, non est, iureiurando excusare iudici, quae multiplex esse potest, l. 2. §. 1. Et seg. §. si quis caus. iud. sist. cau. fac. non obtem. in P. §. Sic t nuntius hic aliquomodo erit procurator, l. 1. de procur. in P. vel voluntatis alie- nae minister. Potest & quis crimen detegere per epistolam, c. Epi- phaniam, 5. q. 6. verum illa non fungitur accusatoris, sed delatoris officio.

De aliis differentiis Civilium, & Criminalium caussarum. Cap. 25.

- 1 Carceribus quando quis pro civilibus & criminalibus negotiis mancipetur.
- 2 Criminalia iudicia biennio, & civilia triennio finem habere de- bent.
- 3 Penales exactiones quando, & quae transeant in heredes.
- 4 Contumax alio modo in civilibus, quam in criminalibus puni- tur.
- 5 Dilaciones qua civilibus, & qua criminalibus negotiis dantur.
- 6 Fideiussores quando criminibus, & quibus, & quomodo accedat. Fideiusso sui ipsius eod.

Quarta differentia criminalium, & civilium iudiciorum: quod pro civilibus negotiis iure communi vix quis in car- cerem detritur, l. nemo carcerem, de exco. trib. lib. 10. C. anth. sed hodie, de offic. diuers. iudi. C. §. necessarium, vt nulli iudic. Et in anth. coll. 9. nisi se submiserit carcerationi, vel condemnatus con- tumax sit, Deo fauente, dicemus in cessione bonorum, & pau- ca de carceribus diximus supra, lib. 3. ca. 33. in poena carceris. Pro criminalibus autem ordinariis iuris fit carceri reos concludi, po- tissimum in grauioribus sceleribus, l. 1. §. diuus, de custo. reor. in P. Interdum & accusatorem cum reo, l. 2. C. de exhib. reis, imo & mulieres ipsas, aub. hodie, de custo. reor. C. separatis tamen carce- ribus a virorum carcere, l. quoniam, C. eod. tit. Quinto tamen dicitur, quod criminalia citius, quam civilia finem accipere debeant: cri- minalia biennio, tot. tit. Et l. si. vt im. cert. tem. crim. que termin. C. l. 1. Et fin. C. de custo. reor. civilia triennio, l. propterandum, §. si autem reus absierit, C. de iud. Et post delationem reus delatus potest anno elapso honores petere ante sententiam: nisi per eum steterit, quominus lis expedita fuerit, l. reus delatus, de mun. Et ho- nor. P. §. Sexta differentia, vt ex poenalibus actionibus defuncto- rum heredes non teneantur, nec pro crimine: quia poena suos se- quitur auctores, estque personalis, l. si poena, l. sancimus, de poen. in P. l. crimen paternum, C. eo. tit. Nisi si quid peruenit ad eos ex crimi- ne, l. de primat. del. in P. l. 1. ex del. def. in quan. hered. tenean. l. ex iudiciorum, de accusa. in P. §. non autem, de perpet. Et temp. actio. pau- cis quoque exceptis, in quibus poenalis actio in heredem transit, qua notan. glo. in §. non autem, de perpet. Et temp. actio. In civilibus autem actiones ab heredibus & contra heredes ex facto defun- ctorum dantur, vt constat ex toto ritu. Vt actio ab hered. & con- tra hered. incip. C. §. Septima, iudicium propositum in causis pecuniariis existimationem non laedit absentis, sed bona possiden- tur laicantis, Vp. in l. 2. Et Pau. lin. possessionem, 6. §. Vp. in l. Ful- cinius, 7. in princ. Et §. 1. quib. ex cau. in posse. eat. lib. 42. P. iuu. 3. At in criminalibus, contumax infamia notatur, l. si de requi. reis, C. l. 1. Et vt intra cert. temp. Et c. §. Octaua, iudicium in pecuniariis causis iure ordinario non datur, nisi semel in singulis causis dilatio: in capi- talibus autem reo tres, accusatori duae dari possunt, verum causa cognita, l. si de feriis in P. Solent tamen in civilibus ad conuincen- dam malitiam fugientium cum causae etiam cognitione dari tres dilaciones, aub. in vobis, C. de iudi. au. qui semel, C. quomo. Et quan. 6. iud. §. Nona, iudicium pro civilibus negotiis causae accedere potest fideius- sor, non pro crimine, cui poena capitalis imponitur, l. si a reo, §. fin. de fideiusso. quia personales poenae sunt, vt ante explicauimus. Si tamen crimine leue sit, cuius poena in pecuniariam permutari pos- sit, accipi possunt fideiussores, l. 1. Et l. diuus, de custo. reor. in P. Nam & reus aliquando sub fideiussione sui ipsius carceri soluitur, d. l. 1. l. cum clericus, 25. §. 1. de epis. & cler. C. Neq; ambigit quiquam interdum corporales poenas in pecuniarias, & contra, posse com-

mutari, l. 1. §. fin. cum sim. ibi nota, de poe. in P. Accipitur & vadimo- nium proaltero, dum cautiones iudicio sustendi causa sunt, l. si quis seruum, 7. Et l. si quis cautio iud. sist. cau. fa. lib. 2. P. tit. ii. qui- bus fideiussores obstringuntur ad id quod intererit accusatoris, non fuisse in iudicio reum, l. 2. §. fin. qui saris d. cog. lib. 2. P. tit. 6. non ad poenam, ad quam etiam subeundam minime se obligant. Con- tra quam ferunt tamen contigisse inter illos Pythagoricos ami- cissimos Damonem & Pythiam sub Dionysio tyranno, Vale. Ma- xim. lib. 4. c. 7.

De alia differentia civilium, & criminalium nego- tiorum ex ordine iudiciali. Cap. 26.

- 1 Ordo iudicialis quis non seruetur in criminalibus causis.
- 2 Accusationes criminum quare cito expediri debent.
- 3 Ordo iudicandi crimina qualis olim, & postea fuerit.

Decima differentia erit. Ordinem iudiciale civilium causarum, de quo in l. 4. §. fin. de senten. Et inter l. om. iud. in ca. qua fronte, de appella. de quo in iudicis, Deo fauente dicitur, non ser- uari in examinandis criminibus: in quibus extra ordinem ideo di- citur iudex cognoscere, l. ordo, de publ. iud. l. licitatio §. quod illicite, de publ. c. ad petitionem, de accusa. l. 1. §. si. Et l. hodie, l. 13. de poen. in P. l. in Senatusconsultum, §. 1. ad S. C. Turp. Non autem putandum est, inordinare, vel nullo seruatō certo ordine, crimina tractari in iudicio: nam ordo quidem aliquis est seruandus, certusue est, c. dile- ctus filius, de simo. c. qualiter Et quando, in 2. §. pen. Et fin. de accus. ve- rum alius a causis civilibus. Sablataque civilium notionum hic solemnitate diutina comperendinatione criminum conuincantur vel eludantur poenae. §. Sole tamen calere criminum inuidia recenti accusatione, & ad vindictam & animaduersionem iudi- cum animos propellere, qui comperendinata re forensi artificio refrigescunt: & prorogata die, iusta ira accusatorum relanguescit, & lacrymae iudicum exarescunt, qui prius & orborum & viduarum calamitatem ingemiscere videbantur, vt ait Budaeus, in annota. prio. in P. in l. fin. de senat. Sic Constantinus Caesar sanciuir, l. 1. C. de custo. reo. celeriter accusatorem accusare debere, atque statim vbi custo. diae mancipatus est reus, de eo quaestionem fieri: si noxius inuentus sit, puniatur: si innocens absoluaatur. Vt aut vltor poena ex sanctione Gratiani, Valer. & Theod. Caesarum, l. si. eo. inde eos subducatur, aut absoluedos diutina poena non maceret. §. Qualis fuerit ordo antiquus apud Romanos non referat, quia hunc con- textu & explicauit iam Brissonius, lib. 2. Selectarum antiq. iuris, c. 1. Nec vnquam mihi placuit aliorum labores usurpare. Et latius etiam in iudiciorum tractatu de ordine Deo fauente tractabimus, vt in propria sede, simul cum aliis, quae communia aut specialia sunt iudicis criminalium & civilium caussarum, de probationibus, iudicis, & quaestionibus, & similibus agentes.

De Penarum impositione.

C A P. 27.

- 1 Poena affici nemo priuata auctoritate legitime potest.
- 2 Poenas magistratus omnes non possunt, nec qui possunt, quas volue- rint infligere.
- 3 Poenam infligendam iudex, qui condemnauit, nec mutare nec mo- derari potest. Pileus quare aufertur damnatis vltimo supplicio, eod. Serui sunt poena damnatis vltimo supplicio, eod.

Cum poena soluitur pro delictis, fit satis constitutionibus, quae puniunt crimina. Et finis totius prosecutionis & iudicii cri- minum, in poenarum solutione ponitur. Proinde secundum iudicis sententiam, & ex eius praescripto inferri debent. Nec sine auctoritate publica priuatus punire potest, sed is prius iudican- dus iudici debet offerre: alioquin vltimum supplicium non effugit, geminae suspicioni obnoxius, quod aut publicum reum ne fac- toris socios publicaret, seueritati legum & debita subtraxerit quaestioni: aut propriam fortassis inimicum sub huiusmodi vindi- cae nomine consilio atrociori confecerit, l. si de malef. Et mathe. lib. 9. C. tit. 18. Et quamuis aliquis sit sceleribus implicitus, idcirco tamen iudiciorum vigor, iurisque publici tutela in medio constituta, ne quisque sibi valeat permittere vltionem, l. nullus, 13. de iude. C. ca. porro, iuncta gl. 2. de diuor. Neq; quia licet impune interdum cuiq; illatam iniuriam vindicare, casus notat. glo. in d. l. nullus, in verbo vltionem. Ideo nonquam aut raro receptum, poenas publicas a priuato omnino imponi posse: cum non sit singulis concedendum, quod per magistratu expediri solet publice, ne occasio sit maioris

tumultus facien di, l. non est singulis, 137. de reg. iur. Et multa consideranda sunt in pœnis imponendis, quæ temeraria priuati precipitatio, & stolidum iudiciu, vel inuidiosa ratio, in perniciem hominum confunderet. Datum ius animaduertendi, & gladii certis quibusdam tantum, vel a lege, vel a principe, & aliis qui potestatem habent, l. imperium, de iurisd. omn. iud. i. D. Petri, c. 2. ceteris contra inhibitum, ea quæ magistratus sunt vsurpare, l. qui nomine pretoris, 25. ad leg. Cor. de fals. in P. Omnes enim in hoc pares, id est, priuati omnes, vt par in parem non habeat imperium, l. ille a quo. §. tempus iurum, ad SC. Trebel. P. l. nam magistratus, de iudi. in P. ¶ Quinimo nec omnes magistratus pœ. iam imponere possunt, sed in tantum quibus damnandi ius est, Vlp. l. 2. §. si de pœn. P. Neq; quibus licet, omnes seu quacunq; irrogant. Veluti præfides prouincie deportandi non habebant licentiam: præfectus vrbis habebat, d. l. 2. §. constat, Vlpia. l. inter pœnas, 6. §. l. relegatorum, 7. de merd. §. releg. lib. 48. P. tit. 2. 2. Procuratores Cæsarum non possunt exilio damnare, vnde nulla eorum huiusmodi sententia, l. 2. de pœn. C. Nec nisi summis iudicibus sine iussu principis licet confiscare, l. vni. ne sine iussu principis, l. cert. iud. confis. lib. 9. C. tit. 48. Sic obserua in similibus. Rursum nec quibus arbitrium imponendarum pœnarum est, electio eorundem est: neque liberam mortis habent facultatem, l. aut damnum, 8. §. proinde, de pœ. in P. Erat enim summum quod tyranni exercebant in morti addictos iure vel iniuria, liberam mortis electionem concedere, nempe vt statueret reus mortis genus quod sibi expeditissimum videretur. Sic & apud Suetonium Tranquil. in Tiberio, c. 54. Potant Germanici filium Nerone ad voluntariam mortem coactum, & Corn. Tacit. lib. 11. Annal. Vitellius sub Claudio Valerio Asiatico liberum mortis arbitrium permittit, & idem Corn. Tacit. idem lib. 15. ait mortem voluntariam oblatam a Nerone Senecæ & cum ipse eam sibi non pararet, per tribunum indictam. Et facti quidem questio in arbitrio iudicantis est: pœnæ vero persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati referuatur, Marcell. l. 1. §. sed non virg. ad SC. Turpill. Atque lex, quamuis sit dura, sequenda iudici est, l. prospexit, qui §. a quibus man. li. non sit. l. nemo, de sent. & inter l. om. iud. C. Potest tamen ex circumstantiis causæ concurrentibus minuire, l. est feruor, C. de iis qui nor. inf. vel augere, l. aut facta, 15. §. fin. de pœ. in P. pœnam, causâ cognita, & dummodo rationem in vtroque non excedat, l. hodie, 14. eo. Nam respiciendum est iudicantis, vt ait Marcell. in l. respiciendum, P. facit l. qui sententiam, eo. C. ne quid aut durius aut remissius constituitur, quam causâ deponit. Nec enim feruoris aut clementie gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res postulat, statumendum. In leuioribus promptores ad lenitatem iudices esse debent, in grauioribus pœnis, feruoritatem legum cum aliquo temperamento subsequi. Et interpretatione legum pœnæ potius mollienda, quam exasperanda, Hermo. in l. interpretatione, 42. de pœn. in P. l. factum, §. si de reg. iur. ¶ Dehinc ¶ & quando ab iis, quibus pœnam statuendi datur facultas, sententia pœnæ dicta est, ea nec mutari, aut tolli per ipsos potest, in l. pœnam suam, 15. C. de pœn. l. acta, de re iud. in P. l. 1. C. sen. ref. non poss. nisi interposita prouocatione, l. non tantum, de appellat. P. l. addictos, de episc. audien. ¶ vel si prouocari non possit principis auctoritate remittatur, l. duni fratres, 27. §. l. ad bestias, 31. de pœn. in P. sententia. Statim enim vbi quis damnatur potissimum vltimo supplicii, mutat statum, & ex libero fit seruus pœnæ, amittitq; libertatem eum ciuitate, Marc. in l. in seruorum, 10. §. 1. C. in l. quod ad statum, 32. Paul. l. qui vltimo supplicio, 29. de pœnis, in P. Ideo & in Gallia, vt plerunq; pileum adimunt speculatores, iussu iudicis, veluti amissa libertate, cuius pileum infigne erat olim. Hodie tamen nemo bene natus ex pœna amittit libertatem.

De Suppliciorum seu Pœnarum executione.

C A P. 28.

- 1 Pœna non sunt exsequenda ex speculatoris arbitrio, sed iudicis. Carnificis inhoneste pœnas inferentis supplicium eod. Carnifici quæ debeantur ex vestimentis morte damnati, eodem.
- 2 Pœna dicta non debet differri, quin executioni mandetur.
- 3 Prægnantis supplicium differitur.
- 4 Supplicium damnati, vt habeatur de eo aduersus socios sceleris tortura, suspenditur.
- 5 Supplicium iussu principis dictum debet suspendi per 30. dies.
- 6 Pœna supplicii quibus casibus suspendatur, & quomodo mutetur. §. 4. s.

¶ Elictoribus ¶ seu carnificibus in superiore libro dictum est, l. sup. lib. 31. c. 3. Superest, vt de executione pœ. arum pauca connectamus, quæ possint ciuim generaliter tractationi colophonem addere. Curare debet iudex, vt ipulatoribus pœnas extendantur, non pro arbitrio, sed ex præscripto sententia, & ea qua fieri poterit honestate: memores hos quidem reos esse qui morti addicti sunt, sed tamen homines, & dignos aliqua humanitatis intuitu, misericordia. Meminit Ammianus Marcellinus, lib. 28. hist. Clarita & Fluminiana de adulterio damnatis sub Valentiniano, harum vni carnificem indumenta arripuisse, & ita ad pœnam traxisse, vt nec quidem vllum velamen pudendarum partium relinqueret: & ita nudam ad supplicium duxisse, sua auctoritate immanner, & insolenter, & contra pudorem. Quare & de adultera summo supplicio, ipsum viuum exultum fuisse. Merito certe, non quod culparetur rapacitas vestium: nam panniculatia debetur ipulatoribus, id est, vestimenta, quibus spoliatur momento, quo quis punitus est, Vlp. in l. diuus Adrianus, 6. de bo. damnata lib. 48. P. tit. 20. sed quod viuenti, & præter humanitatem ademisset. ¶ Et ¶ quia ad reorum manifesta probatioe conuictorum quantum scilicet fieri poterit cõdemnationem proferendam est, ne derit facultas supplicandi, vel malignis artibus flagitiosis pœnam euitandi, l. cum reo, 18. de pœ. C. l. fin. C. de custod. reor. l. 1. C. de bon. proficor. Sic pœna dicta ea non debet in longa diff. rri, quin per hctores mandetur executioni. Nec ideo suspendenda, quod damnati dicat se habere quippiam, de quo velint principem monere ad eius statum pertinens, vt ait Vlpianus, in l. si quis forte, 6. de pœ. in P. Simul atq; inquit Labeo, l. si qua pœna, 2. 4. de verb. sign. P. victus quis est, eius maleficius, cuius pœna est statuta, statim ea debetur. Sicque iure communi receptum est. At ex causa non negamus executione pœnæ interdum suspendi, vel differri: & aliquando commutari, & aboleri. ¶ Suspenditur ¶ in muliere prægnante, quoadulque pepererit, l. 3. de pœ. in P. l. Imperator Adrianus, 18. de sta. hom. in P. Etenim pœnæ, vt diximus, personales sunt, & filius pro matre puniti non debet, tit. ne filius pro patre, l. crimen paternum, de pœ. in P. nec calumnias matris follet obesse ei, qui in vtero eius est, l. §. seruorum, §. ingenius, de sta. hom. in P. Refert Alianus, lib. 5. var. hist. c. 18. iudicii exemplum Areopagitarum, qui cum mulierem veneficam damnallent morte, non prius eam interemerunt, quam partu liberaretur. ¶ Sæpe ¶ etiam seruantur damnati, post condemnationem, & differitur pœna, vt ab iis in aliis questio habeatur, Paul. in l. qui vltimo supplicio, 29. de pœ. in P. ¶ Et ¶ interdum, si princeps præter cõsuetudinem iubeat feruorius in aliquos vindicari, ex Cæsarum lege suspendi debet executio per triginta dies, Grat. Val. & Theodo. in l. si vindicari, 20. C. de pœn. Quam legem Theodosium maxime auct. ven habuisse referunt historiographi Iustiane D. Anbrofii, post cladem Theffalonicam temere & crudeliter iussu Cæsarum paratam. Aute annum ab vt be condita 77; factum est senatusconsultum, sub Tiberio, Ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur, idque vitæ spatium damnatis prorogaretur: sed non senatus ad pœnitendam libertas erat, vt scribit Cornelius Tac. lib. 3. Annal. Meminit de causis patrum SC. Dio Cal. lib. 57. Quod Tiberius, C. Lutorii mortem ægre tulit, non quod supplicio affectus, sed quod a senatu se absente damnatus fuisset: quare & id senatusconsulto caueri voluit. Neve sententia contra reum lata ante id tempus publicaretur: vt de sententia admonitus Cælar, licet absens causam recognosceret, reo gratificaretur, ex voluntate de eo iudicii proferret. Item differitur pœna serui, qui peculii & rationes domini administravit, donec reddiderit suas rationes domino, l. 1. de bo. proficri. li. 9. C. tit. 49. Dehinc & prouocatione pœna suspenditur, quia prouocatus nondum damnatus videtur, l. 2. §. si de pœ. in P. l. 1. §. si ad SC. Turpill. in P. l. iur. de iis qui nor. inf. in P. l. sciendum, §. pœ. qui satis. cog. in P. ¶ Commutatur ¶ autē pœna per iudicem, ad quem appellatur, si ad pœnam subeundam inutiles damnati facti sunt, Modest. l. in metallum, 22. de pœnis, in P. Si principis accedat post damnationem mutationis sententia, l. ad bestias, 31. de pœ. in P. si indulgentia imperetur, vel restitutio in integrum aduersus sententiam ab eodem principe, l. 2. §. tot. tit. de senten. pass. §. resti. lib. 9. C. tit. 51. Si quis tempus pœnæ subeunde præfinitum in carcere impleuerit, l. omnis, 23. §. h. retores, 24. C. de pœn.

De Cadaueribus punitorum. Cap. 29.

Lib. 48. P. tit. 24.

- 1 Sepultura priuari inter atroces pœnas. Cadavera punitorum quando sepultura concedantur. eod.

In atrocitate pœnarum illud est, non sepeliri punitos, sed vel in arboribus lanandis exponi, vel membra alacibi in terrorem malefactorum suspendi: quia non sepeliri pœna per se est. Et inter pœnas lezabeli comminatas atrox, Nec erit qui sepeliat eam, 4. Reg. 9. Et apud Hieremiam saepe. Non erit qui sepeliat eos Hierem. 24. Non plangetur neq; sepelietur, Hier. 26. Et pro maledictione imprecatio apud Ecclesiastem, ut sepultura quis caveat, Eccles. 6. Et alibi obijci sepulchrum in morem cadaveris a fini, exsecratio. Sepulchra, inquit Hieremias, 22. a fini sepelietur. Et proinde corpora pu-

nitorum non solent sepeliri, nisi petantur. Si petantur tam en, facile concedantur: nisi in grauioribus sceleribus, quibus opus est exemplo, l. 2. & 3. de cadaver punito. in P. l. obnoxios, n. de relig. & sum. fune. Ex concilio Moguntinensi quoque statutum etiam, si suspensi vel alius pœnis necati, de omnibus peccatis suis puram confessionem egerint, & digne pœnuerint, communionem etiam sacrae eu. haustia, & sepulturae dandam, c. questum, 13. q. 2. c. 2. de fur. ap. Greg. Impœnitentibus autem, qui pro suis sceleribus moriuntur, denegandam, c. placuit, 23. q. 5.

DE CRIMINE DIVINAE IMMUNITATIS MAIESTATIS. LIBER XXXIII.

Maiestas quid. Cap. 1.

- 1 Ordo criminis maiestatis tractandi.
- 2. Maiestas quid, unde dicta, eius finis.

Maiestas in vniuersum criminum tractatione, operæ pretium erit nunc ad species eorum peruenire, & quid in singulis statuendum sit percurrere. A maioribus & publicis, ad minora & priuata, & quasi delicta vique ad tractationem producentes. Exordium itaque a crimine maiori & perniciosissimo no faciemus maiestatis. Ceterum tractaturi de crimine hoc, nobis primam erit indagandum, quid sit maiestas: de hinc quod quale hoc crimine: eius potestas species, capita & pœnae. Maiestatem ¶ generaliter nemo, vt opinor, ignorat dictam fuisse ab ea dictione, quæ quod maius est, seu summum significat: vnde & magistri, & magistratus dicti, Paul. l. quib. 57. de verb. sign. Non secus quam potestas dicta a potestate, vel a potentia. Maiestatem & a magnitudine dicit, si lem faceret potest quod scribit Macrobius de Maio & de Maio, his verbis, Macro. lib. 4. Saturn. c. 12. Fuluius nobilior in factis, quos in eade Her. c. 13. misarum posuit, Romulum dicit, postquam populum in maiorem, minorisq; diuisit, vt altera pars consilio, altera armis rempub. tueretur, in honorem virtusque partis mensim Maiam a maioribus: sequentem Ianum a minoribus vocasse. Quidam Maium etiam Iouem dictum fuisse autumant, a magnitudine. Alii quoq; Maiam, cui mense Maio res diuina ab Eibnibus fiebat, terram dictam fuisse a magnitudine, vnde & magna mater. Ouidius, 5. Fastor a maiestate honoris & reuerentia filia, Maium declinat. Et maiestatem, a magnitudine: quia vbi ea nata in de est, maior & veneranda omnibus esse capit, quæque mundum omnem temperet. Plura Michael Bentherus. lib. 2. Fastor. in Maio. Verba Ouidi hæc,

Donec honor placidus, decens reuerentia vultu
Corpora legitime imponere ihoris:
Hinc fata maiestas, que mundum temperat omnes,
Quaq; die paru est edita, magna fuit.
Nec mora cum sed: medio sublimis Olympo
Aurea purpureo conspicienda sinu,
Consedere simul pudor, & metus: omne videres
Numen ad hanc vultus composuisse suos.

¶ Sextus quoque Pompeius, maiestatem a magnitudine dicit. Erit itaque maiestas in vniuersum amplitudo dignitatis. Sic Valerius Maximus, lib. 2. c. 5. maiestatem clarorum virorum dixit eam, quæ potens in amplitudine sua obtinenda, sine tribunalium fastigio, sine apparitorum ministerio. Ciceroni, de Orato. maiestas est, amplitudo & dignitas ciuitatis.

De diuersa specie maiestatis.

Cap. 2.

- 1 Maiestas apud quos esse dicatur. Diuina & humana: & quomodo diuina maior.
- 2 Maiestas populi Romani qua. Et in eam crimen.
- 3 Principis maiestas.
- 4 Iudicium maiestas.

Quia ¶ igitur maiestas amplitudinem dignitatis & honoris refert, facile intelligemus, apud enim, eos esse maiestatem, apud quos culmen dignitatis, & magnitudinem esse honoris existimamus. Proinde cum & honor diuinus, & humanus summus aliquis sit, & maiestatem quoque diuinam & humanam dicemus. Et vt honor Dei, & dignitas excedit humana, sic eius maiestas summa & præcipua: & grauius scelus diuinam, quam humanam offendere maiestatem, c. vergentis, de hæret. in G. authen. Gazaros,

cod. tit. C. Qui enim in diuinam committit religionem, in omnium fertur iniuriam, & publicum crimen perpetrat, l. Manichæos, C. cod. De maiestate Dei meminit Cicero, l. de Diuinat. dum ait, Deum alienum non ducere a maiestate sua. præsignificare hominibus que sunt futura. Et rursum, idem 2. de nat. Deor. sustinendi muneri, videlicet providentia gratia propter imbecillitatem, difficultas minime cadit in maiestatem Deorum. Et Paulus quoque Iurisc. maiestatem Dei dixit, Paul. l. non distinguemus, 27. §. sacerdotio de recep. ar. bi. lib. 4. p. 118. In maiestatem hanc delinquant hæretici, schismatici, blasphem, sacrilegi, apostatae qui fidem abnegarunt, fortilégi, sepulchrorum violatores. ¶ Maiestas ¶ humana plures habet sedes, pro modo administrationis & gradus rerumpub. Quamobrem apud Romanos, quo tempore potestas summa penes populum erat, & maiestas quoque eius erat. Ita apud Ciceronem, in Part. orato. Maiestas est magnitudo quedam populi Romani, in eius potestate & iure retinendo, vertiturque in imperio aique omni populi Romani dignitate. Et rursum idem, 2. de orato. si maiestas est amplitudo, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit. Hinc Proculus ait, populos & liberos, qui alterius populi maiestatem comiter obseruant, Procul. l. non dubito. 7. de capti. P. Dicebatur quoque in populo, maiestas: auctoritas autem in senatu esse. Atque ita maiestatis crimen est, quod aduersus populum Romanum vel aduersus eius securitatem committitur, apud Vlpianum, l. 1. ad leg. Jul. maiest. lib. 48. P. titu. 4. ¶ Et quia postea populus omne suus, & impetum in principem transtulit, l. 1. ad leg. Jul. de ambitu, P. §. sed quod principi de iure nato. Aurelius l. 1. de offi. præf. præf. P. Zonaræ tomo 2. d. 2. de Octauio agit. caput & maiestas dicitur peractio. §. 1. proæ Institut. iur. civil. Sic maiestas imperialis solo principi permissile dicitur, l. si de legib. C. leges condere, interpretari, & abrogare. Regia quoque maiestas dicitur, l. 1. vt nemo pri. titu. præf. suis vel al. impo. C. & regnantis maiestas, l. digna vox. C. de legib. a Cæsariibus. Estque hæc maiestas publica, quia populi dignitatem & publicam utilitatem refert, sustinet, & conseruat. Et idcirco qui auctoritate & potestate populi & principis quippiam gererant, vel magistratum exercebant, maiestatem quoque habere debebantur. Et ita dixere iura iudicium maiestatem, & imperii, l. pen. §. si de inst. & iur. P. & in eos committit crimine maiestatis, vt in principis membra, l. qui quis, ad l. Jul. maiest. C. ¶ Et ¶ maiestas dicitur iudicium quoque: vt ait Ciceroni, pro Sexto Roscio. 4. Sed & tempore Romuli, lex dicta imperii, qua quedam licebant seorsum regi, quedam & absolute populo, apud Dionys. Halycat. in 2. Quia etiam imperium annuum a populo consilibus committebatur, & maiestas in illis dicitur, vt apud Ciceronem, 1. Philipp. Magnam nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consilio. Ad istius publicæ maiestatis similitudinem, quedam dignitas & honor singularis in priuatis rebus, vel hominibus, maiestas quoque dicitur. Sic Cicero, idem de Amicitia. Quanta illi fuit grauius: quanta in oratione maiestas?

Quid Maiestatis læsæ crimen

CAP. 3.

- 1 Læsæ maiestatis crimen quid.
- 2 Immunitas maiestatis crimen quid.
- 3 Maiestatem solvere quid. & minuire. & 4.

Quando ¶ hæc auctoritas aut dignitas, seu diuina seu humana ¶ offenditur, et men dicitur læsæ maiestatis apud Iurisce. nulos. Laudator huius formulæ loquendi Iulius Paulus, l. meminisse oportebit, ad leg. Jul. maiest. C. qui lib. singulari de iudiciis publicis, in hoc item crimine, inquit, quod ad læsam maiestatem Imperatoris pertinet, etiam serui in caput domini torquentur. Vtitur & P. Hhh 2